






DE

COMMUNI ET SIMPLICI HUMANI GENERIS ORIGINE.

Genus humanum uno ortum esse auctore communemque habuisse patriam, diversis ex diversorum populorum fabulis, inter se consentaneis, demonstrare conatus est

Samuel Lipschütz.



HAMBURGI MDCCCLXIV.

IN LIBRARIA HEROLDIANA

G. E. NOLTE.



C. F. Kraft,
Chr. Petersen,

praeceptoribus dilectissimis,
fautoribus integerrimis,

hasce studii sui primitias
pietatis atque observantiae testes

D. D. D.

auctor.

PRAEFATIO.

Lectori erudito

S.

En tibi, lector benevole, opusculum de communi humani generis origine compositum, ex quo, utrum assecutus sim vera necne, ipse legendo indicabis. Praeclara veterum auctorum ad propositam quaestionem quae valeant studia, non neglexi, gravissimis recentiorum quaestionibus vere usus sum, quoad mihi licuit. Quodsi vero non secutus sum notissimum illud dictum, ‚nonum prematur in annum', ignoscas mihi, quum non solum inter sapientissimos aeque ac doctissimos viros, quibus ad iudicandum tradideram hunc libellum, ut praelo eum subjicerem, quidam me exhortati sint, verum etiam aliae sint eaeque gravissimae caussae, quae me impulerunt ad edendas hasce pagellas. Quamquam haud ignoro, quaestionem propositam minime a me solutam esse, tamen spero, fore ut aliquid novi in lucem protulerim, quod ad finem propius eam propiusque ducat. Itaque vale et fave opusculo meo, ceterum vero Venusini poetae noli comtemnere egregium illud:

si quid novisti rectius istis,
candidus imperti, si non, his utere mecum.

Scripsi Hamburgi, Calendis Juniis MDCCCLXIV.

Humanum genus utrum uno ortum sit auctore et parente communemque habuerit patriam necne, adhuc est atque omni erat tempore sub iudice lis. Imprimis vero physici gravissimae illi quaestioni plurimum studii ac temporis tribuerunt, iamque satis notum est, quam diversae sint eorum hac de re sententiae quamque discrepantes. Dum enim alii omnino unum statuunt fuisse parentem universi humani generis, alii contra aliter iudicant, totidemque dicunt fuisse genitores, quot nunc sint genera hominum, quamvis illa inter sese cognata ac sanguine iuncta esse confiteantur. Immo vero etiam nonnulli longius delapsi sunt, atque, quod quidem superiores concesserunt, cognata esse hominum genera negaverunt, alium populum ab alio diversum neque ullo sanguinis atque cognationis vinculo inter se coniunctum esse opinantes. Complures physici adeo vagati sunt atque oberraverunt coniecturis temerarie factis, ut non solum diversa hominum genera cognata esse declararent, verum etiam omnes existimarent homines una ex origine ortos esse una cum ceteris quae sunt in terrarum orbe animalia.

II. Sententiam illam, quae ante commemorata est de cognatione, sive — ut ita dicam — de una ac

simplici humani generis natura, modum in utramque partem excedens, mirum in modum repudiavit neque accipere voluit Hamilton Smith (Nat. hist. of the hum spec.). Quamquam enim Lawrence (Lectur p. 448) humanorum generum formas quovis sub coelo in primordiis suis atque origine servari affirmavit neque ulla re, nisi permiscendo mutari credit, ille tamen hanc rationem ea re transformavit, quod hoc etiam addidit, singula genera hominum sua in patria servari atque permanere posse, aliorum vero generum advenas, nisi cum illis permiscerentur, in exteris regionibus interire atque exstingui: tum porro reiiciens ad exstinctos illos Paltas, qui ad Tiaccam lacum habitassent, defendi putat coniecturam suam, reliquias esse antiquioris humani cuiusdam generis, quod priore quam nos aetate orbem terrarum incoluerit, generis quidem reliquias, quod olim aliis ab animalibus plantisque, quam quae nunc inveniantur, circumfusum fuerit. Cui Smithii sententiae accedit Hombronii opinio (d'Urville Voy. au Pole Sud Zoolog. I. 184) multo tamen amplificata atque aucta. Qui quidem omni in terrarum parte complura sibi cogitatione fingit creationis media, hominesque paullatim tria per creandi tempora exstitisse putat. Itaque initio ortos esse dicit Samoiedos, Lappos, deinde omnes populos, qui nigro sint colore, tum Mongolos, Americanos, Aegyptios, Berberosque, postremo gentes Europenses. Eodem quo modo Smith atque Hombron etiam Agassiz, qui Swainsonii quaestionibus dissertationibusque (Treatise on the geogr. and classif. of anim.) usus est, perceptum de varietate formarum coelo confecta, expressit. Ut Swainson, auctor sententiae, ita ipse sex constituit provincias Zoologiae, quibuscum praecipne coniungendae sint regiones, quae a diversis hominum generibus habitantur. Quum vero et ani-

malium et plantarum genera uniuscuiusque provinciae principio disiuncta sint, atque eorum quoque, quorum diversitas parva est, nulla communis origo quaerenda sit, quia diversarum sunt provinciarum neque unquam ullum genus suam ipsius regionem relinquit exteramque in terram demigrat, sed semper intra patrios fines se retinet, idcirco secundum comparationis rationem eadem lex in humano genere adhibeatur necesse est.

III. Atqui non desunt inter naturae speculatores investigatoresque, qui pro simplici atque una humani generis natura disceptaverint. Quorum omnium facile princeps et ingenii subtilitate et omnis doctrinae copia politissimus est Alex. ab Humboldt. Est autem eius in opere notissimo, de mundo quod confecit, (Kosmos I, p. 379.) explicata sententia. Dum leviter modo et parum coloris varietas ac formae hominum genus seiunctum esse ostendit, pro eius unitate graviores sunt testes permulti illi gradus coloris et cranii constructionis, tum vero — idque praecipue — ut iam Jo. Müllerus (Physiol. des Mensch. Tom II, p. 768, 772—774.) hac de re nos docuit — procreandi facultas. Bigenera enim animalia inter sese fecunda non sunt neque generatim saecula propagare neque partus edere possunt; humanum autem genus contrariae est naturae, quum hibridae eius et coire inter se possint et gignere stirpem. Itaque praeclarus ille nostras a Baer (Abhandl. über Papuas und Alfuren p. 75.) non dubitandum sibi putat, quin nos unam esse ac simplicem humani generis naturam statuere debeamus. Cuius scriptoris hac de quaestione dictum, quod hic ad verbum referamus dignum habemus „denn“, ait ibidem ille, „diejenigen, welche mehrere Arten Menschen annehmen, berufen sich immer darauf, dass die Mohren in Europa nicht weiss werden und die Europäer in Indien und

Brasilien nicht schwarz. Aber ganz abgesehen davon, dass die Europäer sich nie so dem Sonnenlichte aussetzen als die Afrikaner, scheint es mir auch gar nicht widersinnig anzunehmen, dass in der ersten Reihe von Generationen der Typus ein mehr veränderlicher war, also auch stärker von den Einwirkungen der äussern Natur influencirt wurde. Der Generationsact ist es ja, der den Typus bestimmt, je öfter er gewirkt hat in den Generationen, desto unveränderlicher scheint es mir, wird der Typus.“ De sententiis vero Smithii, Hombronii atque Agassizii, quae supra allatae sunt, non minus clara atque accurata disserat refutatione Gust. Waitz (Anthrop. der Naturvölker I, p. 216—224).

Sed nuper Darwin, vir quidam doctus inter Anglos, sententiam edidit (Charles Darwin: Ueber die Entstehung der Arten im Thier- und Pflanzenreiche durch natürl. Züchtung oder Erhaltung der vervollkommneten Rassen im Kampfe um's Daseyn. Nach der II. Aufl. aus dem Engl. in's Deutsche übersetzt von Dr. H. G. Bronn) omnes res animatas, cum animalium genera tum plantarum, quae nunc in orbe terrarum vigeant, ex nonnullis paucisque primordiis genitas posteaque paullatim mutatas, naturae quadam contagione, quae multa per saecula magnam ad illas habuerit vim, his ex formis primitivis ortas esse: sed ut mutarentur animatae res, innumerabiles atque caussas, quae difficiles sint ad explicandum perfecisse, quas quidem caussas Darwin voce ‚selection‘ seu ‚natural selection‘ omnino complectitur, quodque verbum Bronnius germanice reddidit „natürliche Züchtung“. Ut porro homo arte quadam singulari feturaque et animalium et plantarum varia genera proferat, ita secundum comparationem, natura libera atque impedita, vires quasdam

mutantes et pro vivendi facultate dimicantes (im Kampf um's Dasein) — quae quidem dimicandi cupiditas nunquam in animatis rebus finiatur vel terminetur — vigere et loborare, huneque in modum perpetuo novas ex antiquis gigni formas propter mutabilem illam vivendi rationem. Ex variis vero generis varietatibus species ,quae vocentur oriri, quae infinita similitudine atque aequalitate inter se coniunctae sint: singulas formas ita gigni, novas alias nasci. Mutatam vero vivendi rationem conditionemque, sua sponte si acceserit neque ullo homine cogente, singulas, cum externas tum internas corporis partes transformare, eamque mutationem iam iamque auctam continuo vulgari atque dispergi. Quae quum ita sint ex Darwinii opinione, omnia, quae nunc vigent, in mundo et animalium et plantarum genera una ex origine orta esse indicandum est, ut exempli gratia universi avium generis una avis primitiva parens habenda sit: omnes enim cuiusdam animalium generis partes, ut Darwinio videtur, inter sese cognatae sunt. Quin etiam eo evagatus est physicus ille, ut constituendum putet, omnia omnium animalium genera una ex forma primitiva orta esse eodemque modo plantarum genera. Sed hoc etiam absurdo plane ineptoque dicto non contentus, analogiam affirmat ad rationem illam perducturam nos, ut et plantas et animalia uno ex fonte emanasse putemus, eodemque fonte, cui primordio rerum a creatore data sit vivendi procreandique facultas: idque quamquam sibi certum minimeque dubium habet, tamen non opus esse arbitratur, quia in analogia sit positum, nos quoque id, quod ipse quidem sentiat, credamus: sed longe aliud esse, quod pertineat ad quodvis magni cuiusdam ordinis genus, ut insectorum et animalium vertebris praeditorum. Hic enim certa

nobis esse argumenta in legibus de homologia et embryologia, quae unum omnibus fuisse parentem primitivum, demonstrent.

Quamquam autem opinio illa a Darwinio nobis proposita, omnia animantia ideoque homines quoque uno ortos esse parente, apta est, quae capiat iudicandi nostram facultatem sibique conciliet animos nostros, negari tamen non potest, Darwinium modum excessisse coniecturis temerarie factis, neque animalia plane manifestoque seiuncta atque segregata una ex forma primitiva esse ducenda, ut jam R. Wagner (Zoolog. anthrop. Untersuch. I. Die Forsch. über Hirn und Schaedelbild. d. Mensch. in ihrer Anwend. auf einige Probleme der allgem. Naturgesch. Gött. 1860) satis demonstravit, quam sit infirma atque levis Darwinii opinio.

IV. Dum vero Alex. ab Humboldt dubium esse putat, an uno universi humani generis fuerit auctor, quamvis plane dubitare non ausus sit, dum R. Wagner certe contra opinionem illam de uno omnium hominum patre crepat, in craniorum forma constanti nixus, quae inde ab antiquissima hominum memoria usque ad nostra tempora non mutata sit vel transformata, sed semper eadem manserit — etsi nihil habet momenti et ponderis hac in quaestione argumentum illud, prius commemorata, si uti velimus Baeriana sententia de formandi ratione, quae ut in colore ita etiam in craniorum forma adhibenda est — alii contra viri sunt doctissimi infinita rerum cognitionis copia excellentes, qui unum fuisse totius humani generis auctorem et parentem unamque patriam disserant. Jtaque inprimis Burdach (Der Mensch, p. 694—703) luculentus harum rerum iudex profiteri non dubitat, quin sententiam hanc, tanquam genus humanum diversis in orbis

terrarum locis exstiterit ob hominum proprietates illas animi et corporis, quae semper fuerint atque etiam nunc inveniantur, eo refutare possimus, quia mundi creatio non casu ac fortuito consecuta sit, sed certis quibusdam legibus certoque consilio. Quamobrem, quod illi putaverint, credere nobis non licet. Neque homo humo atque terrae sic est alligatus, ut plantae vel animalia quaedam, neque adhaeret glebae illi, ubi sit natus, ibique vitam degere coactus est a natura, sed quoquoversus hominem, quasi mundi dominum, migrantem videmus, omnibus in regionibus domesticum et in frigidissimis et in calidissimis. Ergo non est quod miremur, in Australia hominum tria praecipua illa genera congregata atque coniuncta inveniri. Quodque cum ita sit, facile est ad explicandum, homines primordiis rerum eodem modo inter se coniunctos fuisse neque ullo modo segregatos. Quin etiam est haec caussa praeclari illius viri, cur omnes ab uno homines natos esse parente censeat, quia hominis natura atque ingenium principio non habuerit tam certam atque firmam formam, sed paullatim modo in diversa genera transierit aliamque asciverit speciem. Propterea infantibus, dum in utero materno latent et simulac nati, rubrum esse colorem putat, qualem provectiore aetate nullo in hominum genere inveniamus, sed paullatim Afrorum infantes nigrum, Europaeorum album ducere colorem. Praeter ceteros Lüken quoque (D. Einheit des Menschengeschl. 1845) ac Latham unum nobis omnibus parentem fuisse demonstrare conati sunt, qui omnes hominum gentes uno ex Asiae meridionalis loco venisse putant. Huic sententiae contradicit G. Waitz (Anthrop. I. p. 225.) quamquam non iisdem de caussis, quibus Rudolphi (Beiträge zur Anthrop. p. 150.) illam sententiam reiiciendam putat,

qui de difficultatibus nos admonet, quae obstiterint atque prohibuerint, quominus uno ex loco homines totum per orbem terrarum se diffunderent.

V. Quae quidem sunt sententiae atque physicorum opiniones, quales de hominum satu inprimisque de eorum uno ex parente et auctore ortu in utramque partem protulerint: quodsi igitur meum non est, componere litem tantam tantos inter viros, qui non minus ingenii sagacitate excelluerint, quam summa ornati fuerint doctrina, tamen praetermittere non possum, singulari quodam amore huiusce rei ductus, quin de quaestione proposita, utrum uno genitore atque una ex patria ortum sit humanum genus, aliquid addam, sperans, quamquam dubito, fore ut hoc modo quaestio illa tam gravis et difficilis ad exitum produci possit. Ne dicam de cognitione rerum naturalium, de quibus quam sint variae atque discrepantes opiniones, iam supra ostendimus, Philologia etiam comparativa huic rei studuit et iam nobiscum communicavit summam eorum, quae invenerit. Itaque Philologia comparativa unitatem populorum Indogermanicorum eosque inter se eodem sanguine esse coniunctos, luce clarius demonstravit. Docuit autem, populos Indogermanicos ex India profectos totam per Europam emanasse, magnam illam societatem Indorum, Persarum, Graecorum, Romanorum, Germanorum, Celtarum et Slavonum denique complectentes, quorum cognationis atque historiae accuratam fecerunt et copiosam mentionem Weber (Ind. Stud. I. p. 321.) atque O. Kuhn (Zur ältest. Gesch. der indogerm. Völker). Tum porro studium illud hos populos cognatos esse non solum origine eorum demonstravit, sed etiam nonnullos usque ad posteriora tempora inter se coniunctos fuisse declaravit, quamvis nunc diversae et separatae nationes

esse videantur. Quorum quidem Indos et Persas etiam post discessum ex communi patria per longum tempus inter se iunctos fuisse constat his de caussis. Notum enim est, tres illas antiquas Persicas dialectos literarum cuneatarum, secundae Yaçnae partis atque ceterarum Avestae partium, Sanscritae linguae, qualem cognovimus in sacris Indorum libris, tam pares esse, ut illius modo linguae dialecti dici possint. Ante omnia vero — idque praecipue est observandum — et Indos et Persas nomine Aryae appellari haud ignoramus. Vox aryae autem apud Persas secundum eorum literarum vocalium pronuntiationem, in airya mutanda erat, quo quidem nomine Persae iamdudum appellati sunt, quod iam Herodotus (VII. 62.) noverat.

VI. Quae caussa a philologia nobis datae confirmatae mythologia comparativa atque munitae sunt, cui contigerat, ut numerum quendam heroum cum in Vedis tum in Avesta plane similium inveniret, quamquam accurata eorum vestigia ac figurae labentibus annis exstincta sunt et extremis modo lineamentis, quae tamen servata sunt, agnosci possunt. Quorum semideorum primus est Indorum Yama idemque Persarum Yima (cf. Bopp ad Nal. p. 203). In Vedis describitur Yama inferorum tamquam rex, qui in singulari quodam habitans mundo immortales circum se congregat; loca regni sui non terroris vel luctus sed gaudii ac laetitiae plena sunt (vid. Roth Abhandl. über Yima Zeitschr. d. D. M. Gesellsch. IV. p. 426). In Irania Yima felix est rex, quo regnante neque acerba mors, neque graves morbi per terras vagantur. Postquam diu felicitatis atque immortalitatis homines, participes fecit, suis cum comitibus alium in locum se recipere cogitur, quia pestifera mala mundum premunt. Alter heros non minus clarus est Thraêtaonô

Athwyae filius, cui comparandus est Trita ille in Vedis commemoratus. Trita Aptyae filius contra anguem, ut Vedae tradunt, dimicat, tricipitem draconem, qui septem habet caudas, quo necato, boves abreptae liberantur. Pari modo Thraêtaônô devincit serpentem tumidum horribilemque visu, qui tribus praeditus est faucibus, tribus permagnis spiris, sex caudis atque ingenti robore. (conf. Roth die Sage von Feridun in Ind. n. Iran Z. d. D. M. G. II. p. 216 seqq.). De Dahâka serpente Persarum locus ille in Avesta (Avest. d. heil. Schrift. der Parsen. Aus dem Grundtexte übersetzt von Dr. F. Spiegel II. p. 70.) dignus est, cuius opinionem quin ad verbum hic afferam facere non possum: 22. „Darauf entgegnete Haoma der reine der ferne vom Tode ist. 23. Athwya hat mich als der zweite Mensch zubereitet in der mit Koerper begabten Welt, diese Heiligkeit wurde ihm dafür zu Theil dieser Wunsch wurde ihm gewährt. 24. Dass ihm ein Sohn geboren wurde mit tapferem Clane: Thraêtaônô. 25. welcher die Schlange Dahâka schlug, welche drei Rachen, drei Köpfe hat, sechs Augen, tausend Kräfte.“ —

VII. Sed utrique, et philologiae et mythologiae comparativae hoc est vitium *), quod uno loco vasti illius atque ingentis rerum investigandarum studii subsistat neque pergat, sed satis sibi fecisse videatur, si cognatos inter sese esse Indogermanos populos communemque eorum originem demonstraverit, cogna-

*) Perpaucis modo philologis et mythologiae peritis exceptis, qui cognatas inter sese linguas et religiones populorum omnium esse arbitrentur, cfr. F. Creuzer's Symbolik et Max Müller, Letter on the classification of Turanam languages in Bunsenii Outlines of the Philosophie of universal History applied to language and religion 2 voll. Lond. 1854.

tionem vero Hamitorum Semitarumque cum Indogermanis aut non quaerens aut negans. Attamen, ni fallor, facile erat comparativae mythologiae ostendere ex certis atque apud omnes gentes inventis fabulis inter se consentaneis communem humani generis originem. Quodsi vero de eo, quod modo dixi quasi diversis ex fabulis, singulis in terrarum locis inventis, universum hominum genus una ex origine emanasse demonstrari possit, Guil. ab Humboldt (Humb. Kosm. I. p. 381) — cui quoque assentitur G. Waitz (Anthrop. I. p. 292—295.) talesque declarat fabulas fictas animi perceptione, quae posita sit in poëtico illo omnibus hominibus communi ingenio, ideoque fabulas nullam habere vim ad quaestionem nostram de origine humani generis illustrandam, nemo tamen, qui aequus et studio iraque vacuus est, negare potest, singulares esse fabulas easque praecipuas diversorum populorum, quae accurate si cognoscantur, tali inter se sint similitudine, ut aliae ex aliis aptae et necessitate quadam nexae esse videantur. Quamobrem fabularum si nobis est talium copia, mirum non est, quod unum fuisse patrem communemque omnibus mortalibus patriam demonstrare possumus. Quanta vero cautio et diligentia hisce in fabulis comparandis sit adhibenda, non erit quod pluribus dicam, tamen nemo non intelliget, in comparandis populorum fabulis non semper nos analogiam quandam strictam atque argutam quaerere debere, quin potius opus esse, ratio habeatur earum, quibus subiecti fuerint conditionibus atque rebus populi, quorum nunc scrutamur fabulas. Itaque persaepe fieri potest, ut primitiva fabulae forma in contrariam se verterit nonnullos apud populos, illorum vivendi ratione atque rebus gestis coacta, tamen eadem manserit, extremis si percontemur eam lineamentis. Ac

ne hic mirum eiusmodi exemplum omittam, fabulam quandam afferam.

VIII. Negari non potest, fabulas illas de Sloca apud Indos ortas atque de versu hexametro in Graecis easdem esse quamquam utrumque apud populum suas quaeque habeant formas easque contrarias. Nymphae enim Apollini, quae cum arcum in Pythonem draconem intenderet, primum excitantes, acclamaverunt versum heroicum (vid. Apollod. lib. II. v. 714. cf. Callimach. Hymn. in Apoll. v. 104 qui non Corycidas nymphas sed Delphos Ἰὴ ἰὴ illud παιῆον ἵει βέλος cecinisse dicit) afflatuque erant praeditae quam eremita ille sapiens Indorum qui cum ardeam subito telo interfectam videret eiusque eiulantem audiret feminam venatorem quatuor pedibus aequalibus devovit. Quarum fabularum, quamquam diversus est color, tamen uno ex fonte formam primitivam ortam, nemo facile erit, qui neget. Eodem modo quod apud Fennos funditus transformatam reperimus fabulam de turri Babylonica, de qua apud alios et fere omnes populos narratio eadem mansit, qualem nobis tradunt literae sacrae, non mirabimur. Atqui, quamvis alius sit color et forma fabulae illius apud Fennos repertae, non dubitandum tamen est, quin fundamenta formae primitivae servata sint atque facile agnosci possint. Waeinaemoeinum, primum hominem quercum posuisse accepimus, eam vero sic degenerasse, ut ipsum coelum attingens, nubes ramis suis substiterit et lunam et solem omnibus cum astris secum rapuerit. Tum atram noctem in mundum incubnisse, ut instabilis esset terra, innabilis unda, neque Waeinaemoeinum tanta avertere potuisse mala. Denique homunculum cuprinum ex undis prodiise, qui conatus sit humi prosternere ingentem illam arborem et „Endlich — nobis traditur (Kalewala übers. v. A. Schiefner Rune II. 183.)

bei dem dritten Male
Konnte er die Eiche fällen,
Brechen den gewalt'gen Baumstamm,
Und die hundert Wipfel senken,
Streckt der Eiche Stamm nach Osten,
Wirft die Wipfel hin nach Westen,
Schleuderte das Laub nach Süden,
Und die Aeste nach dem Norden.
Wer dort einen Zweig genommen,
Der gewann sich ew'ge Wohlfahrt,
Wer den Wipfel an sich brachte,
Hatte ew'ge Zauberkunde,
Wer vom Laube was geschnitten,
War beständiger Wonne inne.
Was von Spänen ausgestreuet,
Was von Splittern fortgeflogen,
Auf den klaren Meeresrücken
Auf den klaren Wasserspiegel,
Ward vom Winde dort gewieget,
Von den Wellen dort beweget,
Wie ein Boot im Wasserspiegel,
Wie ein Schiff in Meeresfluthen.

Quercu vero succisa, omnia disponuntur atque in prist'num ordinem rediguntur, crescunt frondentque arbores, herbis, gramine et frumento vestiuntur campi, exsultantque laetitia moti homines et animalia. Sed manifesto id principium nos docet fabula illa de turri Babylonica, postquam hominum facinoribus ac sceleribus mundus depravatus et corruptus est, humanum genus totum per orbem terrarum propagatum itaque omnia quidem in pristinum redacta esse ordinem. Quod quidem fabulae principium in historia illa fabulari Fennorum quoque reperimus. Nam postquam posita est primo ab homine quercus, ingens facta, mundum

corrumpit, quia nec sol nec luna lucent, itaque pro laetitia et gaudio summus terras premit moeror: mox ab homunculo cuprino arbor succiditur, quae vertice ac ramis suis cunctas per terrae partes diffunditur atque hunc in modum humani generis per terras propagationem significat. Quodsi pro turri quercum in illa fabula commemoratam videmus, mirum non est, quia id vivendi huius populi ratione effectum est. Memoria enim tam memorabilis facti populo Fennico manserat, quoniam et ipsi hoc facto valde moti utque ex communi omnium hominum patria externas in terras demigrarent coacti erant. Sed postquam pauperem illam regionem, ubi nunc habitant, occupaverunt illisque neque occasio data est, neque ipsi habuerunt tantam animi et ingenii facultatem, quantam alii populi, qui uberioribus atque fertilioribus locis habitarent, altas ad turres et magna aedificia exstruenda, plane e memoria illorum elapsa erat turris Babylonicae figura ac forma, dumque fabula ipsa manebat, turris loco aliud quoddam altum magnumque posuerunt monumentum, quod semper in eorum conspectu erat et earum quas videbant res, summum habebant, idque monumentum erat quercus illa sublimis, quae brachia sua late extendens sublimique nutans vertice omnibus fere populis sacra diis esse credebatur.

IX. Sed dicat forte quispiam, huiusmodi fabulas, quamvis inter se bene coniunctae unaque ex origine emanasse videantur, non certos tamen testes esse unitatis humani generis, quia diversi illi populi, apud quos tales invenimus fabulas, a finitimis modo gentibus eas acceperint, itaque fieri posse, ut fabula a populo quodam assumpta, mera quidam atque integra servetur: inde tamen non sequi, in popriis illius populi finibus primum ortam esse fabulam.

Qui vero hanc sententiam habent in eo quoque niti solent, quod etiam mores atque leges ad nationes populosve migraverint, quum permulta nobis exempla praebeat historiae cognitio, ex quibus, populos quosdam ab aliis in potestatem redactos, immo vero ab iis, quos ipsi devicerint, leges atque mores, quos apud illos invenerint sibique aptos usurpaverint. Persas igitur libenter aliorum populorum mores, si quidem ipsis placerent, ascivisse accepimus, sicut Herodotus nobis tradit (I. 135.) nam ξεινικὰ ait ille *νόμαια Πέρσαι προςίενται ἀνδρῶν μάλιστα καὶ γὰρ δὴ τὴν Μηδικὴν ἐσθῆτα νομίσαντες τῆς ἑωυτῶν εἶναι καλλίω φορέουσι* etc. Atqui id est observandum, multum interesse, utrum *legem*, *morem consuetudinemve* an *fabulam* accipiamus. Nam legi aut consuetudini haud difficilis est ad homines aditus, si quidem lex illa vel consuetudo omnino utilis quaeque accipiatur digna videatur, sicut nos non pudet, ea quae Angli, Francogalli et Americani invenerint, in usum nostrum convertisse. Alia ratione contra fabula est, quae quidem neque inferri potest in exteras terras neque hospitaliter quasi recipitur a populis peregrinis. Est enim fabula — si ita dicere mihi licet — quasi humani generis speculum, in quo ea modo cernuntur, quae populus ipse et vidit et sensit et cogitavit; fabulam sibi acquirendi nulli populo est facultas nisi, ipse huius fabulae habet originem atque materiam. Fabula vero peregrina licet accipiatur a quovis populo, propriam vim et naturam deponere seque alius populi ingenio, plane exaequare nunquam potest, sicut et nos fabulas illas, sive de rebus ad Thebas vel ante Troiam gestis, sive de Alexandro Magno, nullo modo ita transformare possumus, ut funditus eas mutemus et plane iis eripiamus naturam, quae sit earum pro-

pria nam eo et stare et permanere possunt fabulae, quod cum formam tum colorem primitivum nunquam amittunt vel deponunt, sed semper originem suam servant, ex qua sint ortae atque genitae.

X. Quodsi igitur fabulas inter se consentaneas diversos apud populos invenimus, eas non acceptas esse a peregrinis populis putandum est, sed ab ipsis visas ac sensas initio rerum, quum omnes adhuc populi patriis in sedibus, id est communi in patria, secum iuncta essent, quasque fabulas nationes et populi tamquam patrimonium et sempiternam pristinorum temporum memoriam secum transtulerint in longinquas illas migrationes a divina providentia sibi praescriptas. Minime vero fabulas asciscit populus atque cogitandi rationem, quae pertinent ad religiones suas et sacra, quin etiam iis contrariae sint, cuius rei testes quidem sunt gentes Germanicae, quas satis curasse, ne Romanorum vel leges vel fabulae ad se traducerentur, notum nobis testatumque est. Neque id quidem repugnat sententiae a nobis propositae, quod apud Romanos cunctam Graecorum mythologiam viguisse scimus, quum iam satis notum sit, utrumque populum initio rerum coniunctum fuisse itaque Romanos postea id modo recepisse a Graecis, quod antiquis temporibus ipsi habuerint sed decursu temporum amiserint. Sin igitur recentiores scriptores, ut M. Dunker, Th. Mommsen, et praeter ceteros doctus ille vir F. Spiegel (Zeitsch. d. D. M. G. V. 221. VI. 78.) Semiticas religiones inter antiqua Persarum sacra mixtas fuisse demonstrat, id opus est intueamur, nihil aliud fuisse nisi leges quasdam: contra fabulas a Persis esse acceptas, ex communi utriusque populi origine declarandum est. Quaeque porro Clemens Alex. (Admonit. ad gentes p. 43. ed. Sylb.) de Persis dixit ἀγάλματα

μὲν θεῶν οὐ ξύλα καὶ λίθους ὑπειλήφασιν ὥσπερ Ἕλληνες οὐδὲ μὲν ἴβιδας καὶ ἰχνεύμονας καθάπερ Αἰγύπτιοι ἀλλὰ πῦρ τεκαὶ ὕδωρ ὡς φιλόσοφοι. Μετὰ δὲ πολλὰς μέντοι ὕστερον περιόδους ἐτῶν ἀνθρωποειδῆ ἀγάλματα σέβειν αὐτοὺς Βήρωσσος ἐν τρίτῃ Χαλδαϊκῶν παρίστησι τοῦτο Ἀρταξέρξου τοῦ Δαρείου τοῦ Ὤχου εἰςηγησομένου ὃς πρῶτος τῆς Ἀφροδίτης Ἀναΐτιδος τὸ ἄγαλμα ἀναστήσας ἐν Βαβυλῶνι καὶ Σούσοις καὶ Ἐκβατήνοις Πέρσαις καὶ Βάκτροις καὶ Δαμασκῷ καὶ Σάρδεσιν ὑπέδειξε σέβειν a nostra sententia discrepare non possunt, confirmare etiam ipsum videntur. Nam agitur illo loco de cultu quodam externo, qui callidis aliisve de causis multo facilius populo affingi potest quam ingenii animique habitus, qui in fabulis fingendis atque creandis est adhibendus. Manifestum autem est — ut praetermittam certum illud discrimen, quod est inter sacrorum usum externum atque fabulam — illius quoque Veneris cultum externum, quum contrarius esset populi opinioni, non prius aditum ad Persas habuisse, quam iussisset rex ille, qui nullo modo populi voluntatis atque opinionis erat patronus: qua in re id est quoque quaerendum, utrum apud Persas iam fuerit communis intelligentia, qua continetur Veneris cultus, necne, quum hunc cultum acceperint, itaque id modo accuratius expresserint, quod iamdudum et animo et cogitatione senserint (cf. Rhode d. heil. Sage des Zendvolkes p. 480). Ceterum hoc loco praetermittere non possumus, quin de eo quod quidem Berosus ille negavit, Persas nondum ante Artaxerxis tempora deorum simulacra coluisse, alios quoque locos, quos apud nonnullos invenimus auctores, hic afferamus itaque quod Berosus dixit, confirmemus. Nam gravissimus omnium fere graecorum historicorum, qui de Persarum moribus atque rebus gestis scripserunt, He-

rodotus enim, eximio veritatis cognoscendae studio excellens praeter ceteros, narrat (I. 131. 132.) Persas nulla simulacra deorum neque in templis neque in aris coluisse, sed si opus fuerit, in montes ascendisse ibique sacrificasse: Herodoti autem docti auctoritati congruunt omnes, quos habemus hac de re im Avesta, loci, ex quibus luce clarius apparet, nulla fuisse apud Persas deorum simulacra. Strabonis autem testimonium nullius momenti esse putamus: nam implicatur auctor ille, dum his de rebus verba facit (Strab. Geogr. L. XV.) mira in discrepantia. Postquam enim iisdem fere verbis, id, quod Herodotus narrat, retulit atque affirmavit, Persas neque simulacra deorum colere, neque aris uti ad sacrificandum, eodem in libro de templis haluncinatur atque de aris Persarum diis consecratis.

XI. Quodsi vero huiusce quaestionis de communi humani generis origine fundamentum in iis ponam, quae nobis libri sacri tradunt, caussas quasdam, cur ita hoc a me factum sit, afferendas puto. Prius autem, quam progrediamur in quaestione nostra, sine studio et ira explicare debemus, utrum omnino certum in veris positum sit argumentum necne, ad quod nos convertamus in iis respondendis, quae sunt quaesita: sin nobis contigerit, ut ordinem quendam inveniamus fabularum inter se aptarum colligarumque, quae totum per orbem terrarum evagatae, uno ex fonte demonstrent humanum genus emanasse, id est quaerendum, an sit natio quaedam populusve, in quo fabularum illam seriem videamus continuam atque bene nec minus apte compositam. Quae si ita sint, non solum praeclaram sanctissimarum habemus interpretationem populi cuiusque traditionum, verum etiam facile est ad explicandum, quonam modo humani civilisque cultus toria orta sit. Talem igitur si habemus fabularum

continuationem, vera reperta est origo, ad quam iterum reducere possimus alias populorum illa ex origine ortas fabulas, quae sensim mutaverint formamque amiserint primitivam per temporum diuturnitatem.

XII. Omnium vero rerum et forma et materia praecipuae sunt caussae, quarum habenda est ratio, quaeque adhibendae sunt in rebus contemplandis. Qua quidem contemplandi ratione hic quoque nostra in quaestione utamur. Forma sacrorum librorum, id est eorum dicendi genus, quo nobis omnia tradunt, non solum simplex est, ut omnes fere qui eos legerint, consentiunt, sed etiam iucundi aliquid illa cum simplicitate iungit et veram orationis elationem atque amplitudinem. Ut enim in vultu et ore infantis integram illam admiramur probitatem ac simplicitatem, ita quoque ex librorum sacrorum forma elucet sancta fides atque candida veritas. Nihil hic in falsum augetur, sed omnia nobis narrantur hic oratione — ut ita dicam — custodita. Attamen sincera sacrorum librorum simplicitas longe abest ab insulsa illa frigidaque dicendi ratione, quae, licet vera nobis ostendat, tamen est tam inelegans ac rudis, ut persaepe vera ipsa fugiamus propter deforme illud narrandi genus: sed potius sacris literis tanta inest pulchritudo quaedam singularis, dulcedo atque suavitas, ut iis legendis plane juvenilem recipiamus vigorem. Dum vero hunc in modum literae sanctae narrant atque docent nos, non privantur perfecto illo scientiae atque eruditionis gradu, quem nostra nunc aetas tenet, sed omnibus aptae sunt temporibus, omnibus salutares hominibus: Namque earum studio et adolescentia nostra alitur et senectus oblectatur, dumque secundas res ornant, adversis perfugium nobis ac solatium praebent.

XIII. Ut autem forma, ita materia quoque sacris libris subiecta, gravissima uberrimaque est, quae et mirifice commendat opus illud divinum, atque digna est, quae hic lineamentis suis spectetur a nobis atque intelligatur. His enim in libris et originem atque principium humani generis videmus, his in libris apertus nobis est eius finis usque ad ultimum tempus. Videmus hic primi hominis satum atque ortum et mulieris formationem, audimus quam beatam in paradiso degerint, quantus fuerit eorum in Deum amor, cognoscimus eorum culpam et res adversas, in quas callidus et malignus iste serpens, per quem tentavit homines nequitia atque improbitas, eas adduxerat, propagationem eorum primam cognoscimus, quonamque modo illa vixerit atque perierit. Porro quoque narrant nobis, mundum per diluvium vastatum esse a Deo, qui tamen meliorem omnibus ex animatis rebus retineret stirpem ad terras iterum replendas. Quae omnia a sacris literis nobis tradita diversis in populis varium habent colorem atque ordinem, ut paene agnosci possint, nisi certa iis manserint signa; dumque his de rebus apud diversos populos fabulae obscurae sunt tanquam densis nebulis atque tenebris intectae, sacris in literis eas invenimus claras et perspicuas recto ordine instructas interque se iunctas, ut semper in iis lucidam videamus humani generis historiam inde a primo eius ortu. Hisce vero narrationibus adiiciunt sacri libri praeclaras nec non egregias leges atque institutiones, in quibus nostris quoque temporibus maxima pars eorum, quae ad mores emendandos sunt praecepta, quasi in firmo validoque fundamento posita est. Quorum praeceptorum sacris in literis nobis datorum excellentissima sunt praeclare illa de unitate Dei doctrina, quae decalogi est eximium decus atque

ornamentum. tum egregium ac divinum illud de amore in omnes homines a nobis colendo (Levitic. 19. 34.) — itemque legem commemoramus de humantitate erga peregrinos datam — eorum aequa iuris distributio, tum multa illa instituta, in quibus quanta lenitate et clementia dominus servos habeat, rex cives accipiat, praescriptum est. Verum quod praeceptorum illorum sacris in literis nobis propositorum summi est aestimandum, in praecepto et sententia videmus, quae omnibus docent pugnis, cladibus et victoriis nostris, dum vivamus, certum suppositum esse consilium, ex quo totum humanum genus quaeque nobis acciderint, regatur, id consilium, quod omnia ad prosperum ducat eventum exitioque eripiat, sententiam dico solatii plenam de redemptore quondam et Messia venturo. Quam de salvatore opinionem, quamquam apud omnes fere populos invenimus, tamen est tam obscura et quasi tenebris circumfusa, ut, magis casu ac fortuito, quam ex divino quodam et certo consilio salus illa humano generi quondam ventura videatur. Dum enim sacri libri providentiam Dei omnipotentis nos docent, illos populos a fato quodam diro ac dubio, cuius arbitrio immortales ipsi subiecti sint, omnia regi, putasse haud ignoramus. Quapropter doctrina quoque de servatore illo, quum libri sacri eam nobis exhibeant necessariam earum rerum, quae antecesserint, consequentiam a Deo constitutam, apud illos, quos diximus populos non tantam, quantam in sacris libris habet gravitatem, neque eae quae hac de re sunt populorum fabulae ita sunt accommodatae ac nexae certo illi fabularum ordini, ut in literis sanctis. Quodsi igitur certum ordinem fabularum, quae inde ab hominum origine usque ad eorum redemptionem porrigantur, scrutari velimus ad communem humani generis originem

explicandum, primus nobis est fons, ad quem nos convertamus omnesque populorum fabulas referamus ea, quam sacris in literis habemus traditionem, quia haec series continuata atque recto quodam ordine est instituta.

XIV. Hisce vero sententiis ac rationibus, quas proposuimus, in comparandis, inter se diversorum populorum fabulis putamus utendum nobis esse. Est autem earum, quae apud omnes inveniuntur populos, series fabularum hunc in modum instituta et composita. Primum enim videmus hominum genus ex ferreo mortis somno resurgere ac denuo vigere in fabulis illis de diluvio conscriptis, quae quidem fabulae omnibus fere populis, quos habemus praecipuos, communes sunt, quaeque diluvio, quam commutata quamque eversa sit omnium rerum natura nobis ostendunt, hominum tamen genere servato atque ex antiquiore in novam mundi formam translato una cum annimalibus certis atque plantis, quasi servis ac ministris eius. Attamen illis in fabulis de diluvio inventis homines servatos intelligimus, quales apti fuerint ad gignendi ac procreandi facultatem, videmus de tot millibus virorum unum modo superfuisse, videmus de magna mulierum multidudine unam modo servatam; utrumque verae humanitatis signum atque reliquum. Hic quidem omnium rerum veram positam esse videmus vim et gravitatem et quod ad mores omniumque naturam attineat in cuncti universi principe, in homine, qui solus obstiterit infaustissimae et funestissimae illi eversioni atque occidioni, quia excidium illud non in aeternum sed per breve modo temporis spatium perdurans fuerit constitutum a mundi creatore ad renovandam atque recreandam universi conditionem. Postquam autem hominem servatum esse vidimus in fabulis illis in

reliqua quaque vivendi ratione atque conditione a Deo ei proposita nobis ostenditur humanum genus. Hic quoque fabula nos non deserit, hic quoque nos ducit fida illa magistra usque ad primam originem in veris quaerendis. Humanum genus docet nos fabula, non solum esse periculo ereptum, verum etiam a Deo iussum esse audimus, tanquam heroem, pugnam renovare contra omnia illa, quae vel ipsi obstent, vel impediant, quominus mundus ad summum perfectionis atque integritatis gradum perveniat; itaque occasionem ei et facultatem datam esse intelligimus potestatis suae firmandae atque muniendae, ut quondam cultior homo discedat ex periculosa illa contentione huncque in modum quaestionem illam gravissimam solvat, utrum mala omnino mundum regant aeque ac bona necne. Sed sententiam illam de homine cum rebus adversis atque malis pugnante duplici modo in fabulis illis expressam invenimus, quum pugna, et animo et corpore, proposita sit. Pugnam enim, quam corpore humanum genus init, fabulae nobis ostendunt, quae sunt conscriptae apud omnes fere populos de dimicationibus in dracones serpentesve tentatis. Atqui hic praetermittere non possumus, quin pauca dicamus his de dimicationibus, quales reperiantur in populorum fabulis, quales in libris sacris. Dum enim aliis in fabulis dimicatio contra dracones suscepta exterioris esse naturae videtur, quae casu ac fortuito orta sit, sacri libri eam ita exponunt, ut magis contrarias suas sententias inter se homines et anguem dicere quam revera pugnare appareat. *Ὁ δὲ ὄφις ἦν φρονιμώτατος πάντων τῶν θηρίων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς* (Genes. 3. 1). — Itaque hostis ille non robore ac vi pugnare poterat, quales in gentilium populorum fabulis dracones videmus, ignes evomentes squamisque horrentes, sed in-

teriore quadam astutiae vi atque fraude insidiosa, quae sub falsa amici integerrimi specie latebat; pugna ipsa pugnatur propter voluptatum fructum, quae hominem coniungant cum mundo, non verum ob casum quendam subitum.

XV. Verum ut corpore hominum generi est pugnandum contra adversas ac malas res, quae quidem pugna in gentilium populorum fabulis tamquam in draconas dimicatio, in literis sacris quasi disceptatio inter hominem et anguem exprimitur, ita quoque impetum videmus ab homine in mala factum animi atque ingenii vi, remediis quibusdam utente, ut adversarium illum, qui cerni et cognosci non potest, repellat et — ut paucis dicam — ab homine incantamenta et certa venena adhibente, ut adversarium, quem oculis consequi non possit, plane devincat. Pugnans autem et dimicans humanum genus succumbit atque exstinguitur. Nam quamvis mala atque adversa fracta sint, tamen ei non satis est virium, ut victoriae superstes sit itaque ipsum cadens secum trahit devicta mala in profundissimam atque obscuram voraginem. Ita apparent mundus eiusque incolae in fabulis illis, quas apud maximam nationum partem invenimus de extremo atque ultimo orbis terrarum tempore compositas. Neque tamen perpetuum exitium illud mundum opprimit, sed ex flammarum, quae omnia perdant, torrente, nova surgit mundi forma, novus ac recens orbis terrarum virens florensque a sempiternae felicitatis sole illustratus, a mitissino et iustissimo servatore, messia illo quondam venturo, defensus atque protectus; de quo quidem servatore apud diversos populos fabulae nobis sint, quas, plane inter se consentaneas atque conjunctas, uno ex fonte emanasse, posthac demon-

strabimus. Jam progrediamur ad interiora quaestionis nostrae.

XVI. Ut iam supra diximus, primum tenet locum in serie illa fabularum a nobis constituta, ea quae per diversos populos est dispersa de diluvio fabula quae longe gravissima est, quia quomodo recens illud post diluvium hominum genus exitio ereptum effloruerit nobis ostendit. Inprimis autem omnes, quae nobis notae sunt nobilissimorum populorum de diluvio fabulae, colligendas atque in certum quendam ordinem redigendas esse puto, quas quidem fabulas ex singulis suis et gravissimis signis, quae quod ad propositam quaestionem attineat, summi sunt momenti, inter sese comparabo, ea tamen ob caussas prius commemoratas fundamentum intuens, quae nobis hac de re tradunt sacri libri.

Quod ergo nos institutum nostrum tenebimus atque initium ducemus a relatione, qualem prodidit de diluvio Vetus Testamentum, quamquam haec iam pueris decantata est, spero tamen fore, ut comprobent nobis, qui constantiam omnibus in rebus tenendam putant. Narrant autem nobis de magno illo diluvio literae sanctae hunc in modum (Genes. Cap. 6—9).

XVII. Quum Deus videret, late putere hominum malitiam atque impietatem, eum poenitebat ipsum, quod creaverit humanum genus, quapropter consilium cepit, perdere quaecunque per orbem terrarum vigerent, et homines et bestias. Sed inveniebatur omnium hominum unus, cui erat nomen Noachi, qui non displicebat Deo propter integritatem atque virtutem, quique fidus erat Dei, omnium rerum rectoris, minister. Quem salvum praestare et servare a malo illo venturo creator constituit. Itaque imminens diluvium praenuntians, eum arcam — id est navigium — exstruere iussit, quae apta esset ad ipsum cunctosque

suos liberos eorumque mulieres recipiendos una cum certo certorum animalium et plantarum numero. Nam non funditus perdere voluit Deus orbem terrarum, sed modo emendare atque in melius reficere. Cui quidem dicto obediens Noachus arcam aedificavit. Neque multo post, quod a Deo praedictum erat, malum ingruebat. Postquam intravit Noachus cum liberis suis atque animalibus navem, terra ipsa aperuit sinus aquarum atque voragines fontesque et per quadraginta dies et noctes perpetua tantaque aquarum vis de coelo in terras effusa est, ut omnes res animatae, quae essent in orbe terrarum, aquis obrutae perirent. Ita vero augebantur et crescebant aquae, ut montium summorum culmina tegerentur. Tum vero Deus recordatus probi illius viri, qui solus per vastum aquarum gurgitem fragili in navi iactabatur, superfusas aquas decrescere terrasque iterum relinquere iussit, ut arca Noachi paulo post summo in Ararato monte subsisteret. Quibus factis primo Noachus corvum, deinde columbam emisit ex arca, qui ipsum certiorem facerent de statu aquarum. Quae quidem columba ad eum reversa, oleae ramum retulit, unde Noachus cognovit, finem iam adesse laborum et malorum suorum. Haud multo post, Deus Noacho permisit, ut, terrarum orbe diluvio liberato et exsiccato, arcae latebras, cum omnibus, qui secum in hoc refugio fuerant versati, relinqueret. Postquam illi excesserunt et gratis animis Deum venerati sunt, hoc cum recentis hominum generis parente, ut quondam cum Adamo, foedus creator inivit eumque cuncti orbis terrarum rectorem fecit, cuius amicitiae quasi aeternum signum, arcum coelestem in nubibus posuit. Itaque orbe terrarum pristinum in ordinem redacto Noachus una cum filiis, Sem, Cham et Japhet fundamenta iecit

venturis populis atque gentibus, qui posthac terras incolerent. Haec quidem est de diluvio relatio, qualem in sacris libris habemus.

XVIII. Verum priusquam discedimus a Mosaicis literis, fabulam aliquam de diluvio hic afferendam puto, quae apud Hebraeos invenitur, quamquam a literis sacris non est tradita, quae maioris tamen est momenti proposita in quaestione, quam ut praetermitti hic possit. Narrat enim nobis Talmud (Tract. Rosch-Haschanah fol. XI. b) Deum, quum diluvio homines perdere voluerit, duas ex astro illo, cuius Chimah est nomen, exemisse stellas, itaque de coelo hunc in modum perfosso perniciosum demisisse imbrem in terras. Sed de nomine illo Chimah id quoque addere debemus, hanc astri appellationen diversis in sanctarum literarum locis inveniri (Amos 5, 8. Hiob 9, 9) atque ex summorum quidem interpretum opinione (cf. Lach's Beiträge zur oriental. Sternkunde in Eichhornii allgem. Biblioth. der bibl. Literat. Th. 7, p. 455) Pleiadas significare, quae, ut iam satis notum est, in Tauri tergo septem stellarum gregem efficiunt; quo ex acervo igitur duas illas stellas ademtas esse, fabula in Talmude enarrata, itaque diluvium ortum dicit.

XIX. Accedamus nunc ad Indorum hac de re fabulas. Non solum prima Puranarum de diluvio refert sed etiam quod quidem copiosius est, in octavo Bhagavatae libro habemus relationem. Quam excerpens William Jones (W. Jones works I. p. 230. ed. Lond.) haeece nobis tradit. Vedis enim Bramae, quum somno sopitus esset, sexta mundi aetate exacta, ab Hayagriva daemone quodam ereptis, universum hominum genus corrumpebatur, praeter septem Rischios ac Satyavratam, qui tunc Dravirae, urbe ad mare sita, regnaret. Princeps ille, quum quondam in Crita-

mala flumine ex legis praescripto se lavaret, videbat Wischnum parvi piscis forma indutum, qui postquam diversis in fluviis, auctus, magis magisque crevit, a Satyavrata in Oceano positus est. Quibus factis, pium illum virum, qui omnia haec mira videns obstupescebat, sic affatus est: „Abhinc septem diebus, omnia animantia, cum bestiae tum homines, qui me laeserint atque offenderint, diluvio exstinguentur; tu vero, quia semper vir Deorum metuens atque aequi amans fuisti, servaberis navi aliqua mirifice constructa. Quapropter tecum portes omnia salubriorum herbarum atque plantarum genera et cunctorum animalium paria, quae et te et septem illos Rischios una cum uxoribus vestris alere possint. Forti animo arcam ingrediaris, tum vero Deum conspicies coram, et ad omnia quae tu rogaveris, respondebitur." Quibus dictis Wischnu e regis conspectu evolavit. Sed septem diebus post, mare super litora effundebatur atque orbis terrarum assiduis pluviis atque imbribus inundabatur, quum Satyavrata, de numine illo quod sibi visum esset cogitans, ingentem videret appelli navem. Quam invadens omnibus dei praeceptis obediit. Tum Wischnu arcam tumidas per undas duxit atque rexit, et Satyavratam in tutum recepit, navi summo in Himavanto monte collocata. Post diluvium autem Wischnu daemonem, qui Vedas rapuerat, interfecit, atque, libris illis sacris receptis, Satyavratam litteras sanctas docuit eumque septimum creavit Manum cognomine Vaivasratae. Hic quoque silentio non praetereunda esse credo quae de magno isto diluvio apud Indos narrantur in in Mahâ-Bhârata (Die Sündfluth nebst drei anderen der wichtigsten Episoden des Mahâ-Bhârata. Aus der Ursprache übersetzt von Franz Bopp. Berl. 1829). 1. „Des Wiswaswân Sohn war ein König und grosser

Weiser, ein Fürst der Männer, dem Pradschâpatis ähnlich an Glanz. 2. Durch Kraft, Herrlichkeit, Glückseligkeit und Busse zumal übertraf Manus seinen Vater und Grossvater. 3. Mit emporgestreckten Armen übte der Herrscher der Männer, auf Einem Fusse stehend, strenge grosse Busse. 4. Das Haupt gesenkt, mit festem, unbewegtem Blick, büsste er schreckliche Busse eine lange Reihe von Jahren. 5. Zu ihm dem büssenden mit genässter, langer Haarflechte sprach einstmals, an das Ufer der Wirimi gekommen, ein Fisch diese Rede: 6. Glückseliger! ein kleiner Fisch bin ich, vor den starken Fischen habe ich Furcht; darum wollest du mich retten, o Vollbringer der Gelübde! 7. Denn starke Fische verzehren den schwachen Fisch zumal; so ist ein ewiges Loos uns verhängt. 8. Darum aus dieser grossen Furcht-Fülle zumal wollest du mich den versinkenden befreien; Gegendienst werde ich nach vollbrachter That dir leisten. 9. Des Fisches Rede vernommen habend, nahm von Mitleid erfüllt, der Wiwaswatide Manus selbst mit der Hand jenen Fisch. 10. Den an des Wassers Ufer gebrachten Fisch warf der Wiwaswatide Manus in ein den Mondstrahlen an Glanz ähnliches Gefäss. 11. Daselbst wuchs, o König, jener Fisch der vorzüglich gepflegte; wie zu einem Sohne neigte zu ihm Manus das Gemüth zumal. 12. Aber nach langer Zeit war dieser Fisch sehr gross, und als er in dem Gefäss nicht Platz hatte, 13. Da sprach der Fisch zu Manus, ihn sehend wieder also: „O Glückseliger, Guter, an eine andere Stelle bringe mich.“ Cuius precibus commotus, Manus eum in lacu aliquo posuit, ubi quum magis magisque cresceret, ut iam lacus eum complecti non posset, rogavit iterum Manum, ut ipsum in Gangen flumen, tum autem in mare transportaret. Quibus

factis, dulce ridens, laetus piscis tali modo locutus est: 26. O Glückseliger! Erhaltung hast du mir gewährt, vollkommen zumal; was, wann die Zeit genaht, du zu thun hast, das vernimm von mir. 27. In Kurzem, Glückseliger, wird dies irdische Feste und Bewegliche ganz und gar o Vielbeglückter, in Ueberschwemmung gerathen. 28. Diese Abwaschungszeit der Geschöpfe ist nahe; darum verkünde ich dir, was dir zum höchsten Heile gereichen wird. 29. Von dem Beweglichen und Festen, was sich reget und was sich nicht reget, dem allen ist genahet die Zeit, die überausschreckliche. 30. Ein Schiff hast du zu bauen, ein festes, seilversehenes; in dieses sollst du mit den sieben Weisen zugleich hineinsteigen, grosser Einsiedler! 31. Und die Samen auch alle, wie sie immer genannt von den Brahmanen vormals, bringe in dieses Schiff, wohl verwahrt, abgesondert. 32. Und im Schiffe seiend, sieh mir entgegen, alsdann, o Liebling der Einsiedler, werde ich nahen gehörnt, dadurch erkennbar, o Büsser! 33. So ist dies von dir zu machen, sei gegrüsst, ich gehe! Wahrlich sie können nicht überschifft werden, die grossen Wasser ohne mich. 34. Nicht aber ist zu bezweifeln diese meine Rede, von dir Erhabener „Dies werde ich thun“ so antwortete jener jenem Fische. 35. Beide gingen dann, wohin sie Lust hatten, nachdem sie Abschied genommen von einander. Manus hierauf, o grosser König, wie ihm gesagt war von dem Fische. 36. Die Samen mit sich nehmend alle, bestieg er das Meer, das grosswogige, in einem schönen Schiffe, der verständige o Feindebesieger! 37. Und es gedachte Manus jenes Fisches, o Herr der Erde! Jener aber, dessen Gedanken erkennend, der Fisch, o feindlicher Städte Bezwinger, gehörnt kam er herbei nun, o Bester der Bharatiden. 38. Als ihn sah, o

Fürst der Manusgeborenen, Manus, den Fisch im Wasser-Meer, den gehörnten, mit der verkündeten Gestalt, einem emporgestreckten Berge gleich: 39. Da band ein Seil an des Fisches Kopf Manus, o Fürst der Mannsgebornen, an jenes Horn. 40. Gebunden mit jenem Seile, der Fisch, o feindlicher Städte Bezwinger, mit grosser Schnelligkeit zog er fort das Schiff in der Meeresflut. 41. Und er setzte mit jenem Fische der Herr der Menschen über das Meer, das tanzende mit den Wogen; das brüllende mit dem Wasser. 42. Bewegt von starken Winden in dem grossen Meere, dem wogenden, war jenes Schiff wie ein zitterndes, trunkenes Weib, o feindlicher Städte Bezwinger. 43. Weder die Erde war sichtbar, noch die Weltgegenden oder die Zwischenpunkte; alles war Wasser, nämlich Luft und Himmel, o Fürst der Männer. 44. In der so beschaffenen ganzen Welt, o Fürst der Bharatiden, wurden die sieben Weisen gesehen und Manus und auch der Fisch. 45. So zog viele Reihen von Jahren jener Fisch jenes Schiff unermüdet, o König, in jener Wasser-Fülle. 46. Und welches vom Himawân der höchste Gipfel, o Fürst der Bharatiden, dahin zog sodann das Schiff jener Fisch. 47. Hierauf sprach langsam der Fisch zu jenem Weisen lächelnd: Auf diesem Gipfel des Himawân bindet fest sogleich das Schiff. 48. Gebunden wurde auf des Fisches Wort von jenem Weisen schnell, o Fürst der Bharatiden, das Schiff auf dem Gipfel des Himawân. 49. Dieser Gipfel aber, der höchste des Himawân, wird Naubandhanam (d. h. Schiffsbindung) mit Namen genannt noch heute, dies wisse, o Fürst der Bharatiden. 50. Dann sprach mit festem Blick zu dem Weisen der Gnädige: „Ich bin der Herr der Geschöpfe Brahmâ; höheres, als ich, giebt es nichts."

Ea quidem re differt fabula in Bhagawata ab illa in Mahâ-Bhârata de diluvio enarrata, quod Mahâ-Bhârata neque Vedarum ab Hayagriva abreptarum mentionem fecit, neque a Wischno dicit servatum esse Manum sed a Brahma, qui navem a principe illo exornari jusserit, quum in Bhagawata deum ipsum arcam principi adduxisse legimus.

XX. Mirum videtur, quod Persae, cum aliis de rebus non careant fabulis, de diluvio parvam tamen atque exiguam, habent narrationem. Quae in eorum literis sacris hac de re relata invenimus, qualiacumque sunt, ne quid desideretur, hic afferenda esse censeo. His omissis, quae totam per Avestam dispersa sunt paucis verbis de gravissimo illo mundi exitio relata, aptius mihi videtur ad commemorandum id quod posteritati tradidit de diluvio liber ille, a Persis secundum Avestam et antiquissimus habitus et sanctissimus cultus, Bun-Dehesch, quia hic et fusius et multo continentius narrantur ea, quae ad fabulam de diluvio pertinent. Ibidem (Bun-Dehesch, Zend-Avesta v. Kleuker III. p. 68. § 7.) „Beide (Ahriman et Ormuzd) wirkten die Schöpfung des Wassers, als nemlich der Stern Taschter (Tistrya, im Krebs war, floss Wasser im Khordeh Avreh. Am Tage, da der Feind im Wassergebiet seinen Lauf hatte, kehrte Taschter auf seiner Bahn zurück und schien im Kordeh Avreh westwärts; denn jeder Monat hat sein Zeichen besonders. Der Tirmonat ist der vierte des Jahres; der Krebs ist viertes Zeichen vom Lamm bis selbst zum Krebs. Wie Taschter dieses Zeichen berührt hatte, liess er Regen kommen, der Allen Wachsthum gibt und daraus zog er durch Windeskraft Wasser in die höheren Gegenden. Taschter fand Schutz an Bahman und Hom Ized, den der gesegnete Barso Ized begleitete;

und reine Seelen wachten mit Sorge über Taschter, der wie drei Körper hat, einen menschlichen, eines Pferdes und Stiers. 30 Tage und 30 Nächte glänzte sein Licht hoch und unter jedem Körper gab er zehn Tage Regen; wie es von den Fixsternen heisst: jeder dieser Sterne hat drei Körper. Jeder Wassertropfen war wie eine grosse Schale. Menschenhoch war die Erde ganz mit Wasser bedeckt. Alle Kharfesters (Ahrimani animalia) auf Erden starben durch diesen Regen, er durchdrang alle Oeffnungen etc." Quae Persarum de diluvio fabula, quamvis parva et exigua, miram tamen habet similitudinem eorum, quae hac de re a Talmude nobis enarrantur, quia et Bun-Dehesch ex astro quodam diluvium in terras irrupisse putat.

XXI. Sed longe copiosior et amplior quam Persarum de diluvio est Assyriorum fabula. Quae quidem, praeter ceteros, ab Josepho et Eusebio, qui Berosi et Abydeni relationes noverant, nobis tradita, Saturnum narrat Xisuthro, qui decimus fuerit homo inde a primo humani generis parente, praenuntiasse, se quinto decimo Daesii mensis die, violentissimo et perniciosissimo diluvio mundum una cum animantibus eius aquis submersurum esse. Itaque Xisuthrum a deo iussum, memoriam de prima mundi conditione scriptam in Solis urbe, Sippara, abscondidisse. Deinde magnam exstruxisse navem, quam cum liberis et uxore et amicis conscendisse, omnibus quadrupedum et ceterorum animalium generibus secum ductis. Arcam tandem in Armeniam appulsam esse. Tribus diebus post aquarum recessum, Xisuthrum aves emisisse, quum ita percontari vellet, utrum orbis terrarum diluvio liberatus sit necne. Iterum atque iterum, ita fama vagatur, aves illas rediisse postremo limum pedibus tenentes, postea vero plane non revertisse,

Inde Xisuthrum, terrarum orbem iam ad pristinum ordinem redactum cognovisse, itaque ex navi cum uxore, filia et gubernatore egressum, aram exstruxisse et sacris deos adorasse. Quibus peractis Xisuthrum cum suis evanuisse. Eos autem, qui in arca remansissent, diu Xisutsrum et frustra quaerentes, vocem altam de coelo audivisse, quae ipsis nuntiaverit, Xisuthrum cum suis in deorum numerum esse relatum propter vitae probitatem et virtutem, ipsos autem admonitos esse, ut redirent et Babylonem peterent.

XXII. Eodem modo in Phrygia fabulae illius de diluvio mira servata sunt vestigia atque reliqua. Nonnullis enim in nummis, qui procusi sunt, Septimio Severo imperante, Apameae, urbe in Phrygia sita, quique, quin sinceri et antiqui sint, dubitare non licet (Eckhel Doctr. num. vet. T. III. p. 132.), videmus arcam in aquis fluitantem. Qua in arca vir aliquis cum muliere perspicue cognoscuntur, in navis tecto autem sedet avis, ad quam columba advolat, unguibus tenens frondem. Juxta conspicimus utrumque, et virum et mulierem in colle subsistentem et dexteram ad coelum tendentem. Arcae ipsi literis Graecis inscriptum est verbum *ΝΩ*, quod ex coniectura Buttmanni (Mytholog. I. p. 194.) idem significat quod Noachus.

XXIII. Convertamus nos nunc ad Africam. Cuius regionis inde ab antiquissimis temporibus et literis et artibus excellentissimus populus Aegyptii erant, quorum ingentes moles, quae usque ad nostram aetatem exstant, et quantum valuerint, et gentis illius architectura satis superque testantur. Attamen dirum quoddam atque miserandum fatum prohibuit, quominus hoc de populo, qui haud parva vel exigua posteritati reliquit magnitudinis suae vestigia,claram habeamus atque per-

spicuam cogitationem de eius religione atque moribus, vivendi ratione et consuetudine. Nam non solum duo et viginti illi libri sacri, quos Clemens Alexandrinus affirmat ab Aegyptiis conscriptos fuisse, quique sine dubio explicabant illorum religionem atque mores, funditus perierunt, sed etiam aedificia a populo illo tanto labore et sudore exstructa, innumerabilibus inscriptionibus tecta et libelli ipsi in iis reperti Aegyptiis literis conscripti, quorum ambages certo ac plane resolvere quamquam subtili Champollionis et Lepsii doctrinae contigit, ad historiam magis quam ad Aegyptiorum religionem et fabulas valent, itaque magis effecerunt, ut cogitationem illis de rebus perturbarent quam illustrarent. Itaque mirum non est, quod persaepe eadem de re virorum doctorum sententiae et opiniones inter se dissentiant. Quare id modo nobis reliquum est, ut, nisi aliam super aliam coniecturam proferre velimus, iis quidem utamur, quae nobis tradita sunt ab auctoribus populi, qui multum versabatur cum Aegyptiis, Graecos dico. Exiguas relationes ab Herodoto, Diodoro Siculo, Strabone, Plutarcho et Clem. Alexandrino de Aegyptiorum religione, moribus et rebus gestis nobis traditas, perscrutari nos opus est, et ea ex illis excerpere, quae apta nobis ad propositam quaestionem expediendam videantur. Sed quod ad diluvium attinet, Buttmannus, vir acutissimus et doctissimus iudex literarum antiquarum, in Mythologo (I. p. 196—200) iamdudum demonstrare conatus est, fabulam Aegyptiorum de diluvio hunc in modum esse componendam. Nam Xisuthrum illum, quem iam commemoravimus, eundem habet ac Sesostridem, qui, quod de eo tam fabulosa narrata sint, fabularum modo forma sit putandus. Vox autem Sesostridis nihil aliud est ex Buttmanni opinione nisi reduplicata forma

verbi Sothidis, quo cognomine apellatum sit Sirii numen, quodque astrum Aegypto Nili inundationem praenuntiaverit. Quod quidem signum hic in Sesostridis forma est expressum, regis illius fabulosi *), quem Nili canales in Aegypto perfecisse accepimus, itaque inundationes, quae fuerint quotannis, maturasse. Moeridi autem lacui et Sothidi, fluctus et aquam praebenti, Aegyptus vivendi facultatem referebat, quorum signa duos reges fuisse sibi succedentes, qui et lacum et inundationes effecerunt, historia declaravit. Quum vero Sirius tota quoque in Asia vehementium imbrium et inundationum nuntius haberetur et coleretur, manifestum esse et perspicuum credit Buttmannus, signum illud Sirii idemque fuisse signum omnium imbrium et inundationum, inprimis vero ac praecipue illius diluvii fabulis nobis narrati. Quae quidem sententia est Buttmanni de Aegyptiorum diluvium enarrante fabula. „Neque ego illi detrahere ausim, haerentem capiti multa cum laude coronam", tamen Aegyptiorum fabulam de diluvio simpliciorem in modum et clariorem me invenisse puto.

XXIV. Narrat enim nobis Herodotus (Lib. II. 156.), se vidisse in Aegypto insulam natantem, Chemmis quae fuerit appellata. *Λόγον δὲ τόνδε*, pergit autor ille, *ἐπιλέγοντες οἱ Αἰγύπτιοι φασὶ εἶναι αὐτὴν πλωτήν. ὡς ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ οὐκ ἐούσῃ πρότερον πλωτῇ Λητώ, ἐοῦσα τῶν ὀκτὼ θεῶν τῶν πρώτων γενομένων, οἰκέουσα δὲ ἐν Βουτοῖ πόλι ἵνα δὴ οἱ τὸν χρηστήριον τοῦτό ἐστι, Ἀπόλλωνα παρὰ Ἴσιος παρακαταθήκην δεξαμένη, διέσωσε καταχρύψασα ἐν τῇ νῦν πλωτῇ λεγομένῃ νήσῳ ὅτε τὸ πᾶν διζήμενος ὁ Τυφὼν ἐπῆλθε, θέλων ἐξευρεῖν τοῦ*

*) cf. P. v. Bohlen, das alte Indien mit besonderer Rücksicht auf Aegypten. Tom. I. p. 121.

Ὀσίριος τὸν παῖδα. Ἀπόλλωνα δὲ καὶ Ἄρτεμιν, Διονύσου καὶ Ἴσιος λέγουσι εἶναι παῖδας. Λητοῦν δὲ τροφὸν αὐτοῖσι καὶ σώτειραν γενέσθαι. Αἰγυπτιστὶ δὲ Ἀπόλλων μὲν Ὧρος. Δημήτηρ δὲ Ἶσις. Ἄρτεμις δὲ, Βούβαστις. De sollemnibus vero ab Aegyptiis Bubasti celebratis iam antea (c. 60.) Herodotus hunc in modum refert: ἐς μέν νυν Βούβαστιν πόλιν ἐπεὰν κομίζωνται ποιεῦσι τοιάδε. πλέουσίτε γὰρ δὴ ἅμα ἄνδρες γυναιξὶ καὶ πολλόν τι πλῆθος ἑκατέρων ἐν ἑκάστῃ βάρι. αἱ μέν τινες τῶν γυναικῶν κρόταλα ἔχουσαι κροταλίζουσι. οἱ δὲ αὐλέουσι κατὰ πάντα τὸν πλόον. αἱ δὲ λοιπαὶ γυναῖκες καὶ ἄνδρες ἀείδουσι καὶ τὰς χεῖρας κροτέουσι etc. Quae ab Herodoto nobis relata diligenter si observemus, hasce ex illis fieri posse puto coniecturas. Haud enim ignoramus, ideo Graecos deum illum Aegyptiorum cognomine Typhonis appellasse, quia eum exitiosum quoddam numen haberent, qui afferret naturae atque vivendi procreandique facultatis perniciem, cum ipsorum Typhone, qui procellas et tempestates significat, commutantes Aegyptiorum deum. Erat autem Typhon Sirii deus, qui Nili inundationes Aegypto affert, quem Osiridem fratrem per fraudes nefarias occidisse accepimus (Plut. de Isid. et Osir. c. 15 & 19). Itaque Osiridem a Typhone interfectum nihil aliud significare credimus, quam diluvium, quo submersum perierit humanum genus. Horum autem, Osiridis filium, quem persecutus esse dicitur Typhon, a Latona servatum esse tradidit Herodotus, in insula illa natante, quae Chemmis fuerit nominata, quae quidem natans insula arcam significare videtur, ceterorum in populorum de diluvio fabulis commemoratam. Apollinis (Hori) sororem dicit Herodotus Dianam (Bubast.) fuisse, cuius ad dies festos celebrandos Aegyptios navibus summo gaudio Bubastim profectos esse. Quibus in navibus,

mea opinione, natans illa insula, quae Horo, — Bubastis et Horus unius dei sunt diversa nomina — Typhonem fugienti erat saluti, conspici potest. Itaque redditam habemus Aegyptiorum fabulam de diluvio gravissimis ac praecipuis lineamentis, neque opus est, ut ex coniectura Buttmanni, hominem servatum cum diluvio ipso commutare.

XXV. Sed progrediendum est ad Europam, eiusque de diluvio fabulas breviter intueamur, quales sint et quomodo sint excogitatae a diversis populis. Ac primum quidem Graecorum hac de re fabulas contemplari liceat. Ne dicam de varietate et copia fabularum illius populi, Graeci quoque et praeter ceteros populos excellunt, quia antiquissimi sunt, qui nobis in Europa occurrunt. Ex multitudine vero fabularum eorum de diluvio compositarum, Deucalioneae modo fabulae rationem habere possumus, quia illa inter omnes Graecorum hac de re fabulas longe simillima est ei, quae nobis est tradita sacris in literis, quum Ogygis diluvium, ut iam Buttmannus praeclare demonstravit, nihil valeat ad ea, quae Vetus Testamantum refert. Deucalion, qui ex Orosii opinione ad Parnassum habitaverit, ut autem Strabo tradidit in Locride vixerit, quin etiam ex Pausaniae sententia Atticam incoluerit, pius ac probus vir fuisse dicitur, eodemque modo, mulier eius, Pyrrha nominata, nam

non illo melior quisquam nec amantior aequi
vir fuit, aut illa metuentior ulla deorum

cecinit Ovidius. Postquam autem, quod quidem Ovidius memorat, Lycaon ,Arcadum rex, malitia scelerata et improbitate nefanda Jovis iram excitavit, vel ut Servius (Serv. ad Verg. Eclog. VI. 41.) narrat, gigantes, ceterorum hominum parentes, irritaverunt, Jupiter decrevit, perdere undis cunctum hominum genus.

Deucalion vero a Prometheo, cui a providendo nomen datum est, de imminente malo admonitus, arcam construxit, quam una cum uxore sua ingrediebatur. Haud multo post, terribiles tempestates atque imbres vehementissimi de coelo in terras irruerunt, flumina alveis excesserunt, ut totus orbis terrarum undis obrueretur. Deucalionem etiam secum in arcam non solum uxorem cum liberis suis duxisse sed etiam omnium animalium paria delegisse, narrat nobis Lucianus (de dea Syr. c. 12. 13). Novem per dies noctesque per undas iactabatur. Tum ex Deucalionis arca, columba emissa est (Plut. de sollertia animal c. 28.), ut cognosceretur, num decreverint undae; quae primo quidem redux, postea non reversa est. Quod Deucalioni documento erat, aquas iam relapsas esse. Tum vero arca in Parnasso monte subsedit et Deucalion servatus e diluvio, omnia evertente, recentis generis humani auctor et parens factus est. Quae quidem est Graecorum de diluvio fabula, disiecta fabulae illius membra, a diversis auctoribus enarrata, unam in formam redigere si velimus, qua in re maximi est momenti, quod Ovidius refert, Lycaonis malitiam diluvii causam fuisse; Lycaonis autem nomen, in quo regem in lupum [canem] mutatum cognoscimus, manifesto indicat astrum illud, Sirium [Taschter, Tistrya] Persarum ac Sothidem Aegyptiorum.

XXVI. Priusquam vero relinquamus Europam, fabulae de diluvio apud Germanicos populos repertae mentionem hic facere liceat, quae gravior est, quam ut eam omittere possimus. Sincera et mera invenitur fabula haec in libro illo notissimo Edda (Edda übers. v. K. Simrock p. 281.) Gylfaginning. 7. cuius gravem orationem pro circumlocutione hic afferam: „Da fragte Gangleri, wie vertragen sich diese (Odhin, Wili, Weh)

mit Ymir und welcher war der stärkere? Har antwortete, Börs Söhne tödteten den Riesen Ymir, und als er fiel, da lief so viel Blut aus seinen Wunden, dass sie darein das ganze Geschlecht der Hrimthursen ertränkten bis auf Einen, der mit den Seinen davon kam: den nennen die Riesen Bergelmir. Er bestieg mit seinem Weibe ein Boot (Wiege) und rettete sich so, von ihm kommt das neue Hrimthursengeschlecht, wie hier gesagt ist:

Im Anfang der Zeiten vor der Erde Schöpfung
Ward Bergelmir geboren,
Des gedenk ich zuerst, dass der altkluge Riese
Im Boote geborgen ward.

Propter miram et cum Mosaica et Graeca relatione similitudinem Lithuanorum denique fabula de diluvio composita hic afferatur. Qui quidem narrant (vid. Hanusch slav. Mythus p. 324) Pramzimam, summum illum deum, qui omnia regat semperque recturus sit, quondam ex alta sua coeli arce in terras despexisse ibique cum magno dolore vidisse bella, caedes omnesque improbitates hominum. Qua impietate iratus, duos illos potentes deos Wandum et Weiam (aquam et procellam) in effrenatum orbem terrarum demisit, qui per viginti dies totidemque noctes mundum devastabant. Quo facto, quum Pramzimas, nuces edens, terrarum orbem ita destructum videret, putamen nucis ex coelo deiecit, quod in alti montis verticem decidit, quo complura animalia atque nonnulli homines confugerant. Qui nucis putamen corripientes, illud intraverunt itaque per vastum aquarum campum diu iactabantur. Sed Pramzimas summa commotus misericordia, aquas terrarum orbem relinquere iussit atque eum exsiccavit solis ardore. Quum vero terram in

pristinum ordinem redactam viderent homines, una cum animalibus ex putamine egressi, per terrarum orbem demigraverunt, praeter unum par hominum, quod in ea remansit terra, Lithuania quae nunc vocatur. Sed extrema senectute confecti, stirpem gignere non potuerunt, quamobrem, arcu pluvio suadente, novies transilierunt terrae ossa, unde novem illae Lithuanorum tribus exortae sunt.

XXVII. Fertilissimae feracissimaeque sunt fabularum de diluvio fictarum gentes, quae Americam incolebant, quum hic suam quaeque gens haberet fabulam. Quas omnes hic afferre non meum est, quum nonnullae harum fabularum, quamvis de diluviis atque inundationibus aliquid narrent, tamen non coniunctae sint cum universo illo diluvio, de quo nos nunc dicimus. Generatim narrat de diluvio fabula quaedam Leni-Lenaporum (cf. Müller, Amerik. Urrelig. p. 107.), quae numen illud magnum, Manitu Kichton, omnes quae vigeant in orbe terrarum res creasse refert, terram ex arenae grano fingentem, virum autem eiusque mulierem ex arboris trunco. Quorum posteri quum permagno periissent diluvio, Manitu Kichton, tradit illa fabula, novum procreasse humanum genus, marinis animalibus auxiliantibus, quae aquis non interfecta fuissent. Itaque Odschibvae narrant (Müller Amerik. Urreligion. p. 113.), Manobozhonem se servasse e diluvio, in arborem profugientem. Quibus factis undas subsistere atque decrescere iussisse atque terras iterum creasse animalibus adiuvantibus. Illa enim submergebantur, donec castor aliquid terrae ab aquis inundatae asportaret, qua ex gleba orbis terrarum restitutus atque refectus sit. Eodem modo generatim de diluvio narrat fabula Knisteauxorum (Müll. l. c.). Quae olim omnes submersos esse homines refert

praeter mulierem quandam, quae avis subvolantis ungues corripiens, ab illa in rupem delata sit ex aquis exstantem. Hic partu edidisse mulierem illam geminos pueros, quorum pater fuerit aquila, quique denuo orbem terrarum incolis frequentaverint. Apud Mandanos quotannis scimus (Catlin, die Indianer Nordamerikas deutsch v. H. Berghaus p. 288.) dies festos celebratos esse in diluvii memoriam. Cuius sollemnitatis res gravissima est saltatio, quae movetur circa dolium octo decemve pedes altum, „magnae lintris“ signum: ad saltantes vero aggreditur vir, qui primum hominem Mumánk-Machana repraesentat, qui ab occidente veniens, se magna in lintre diluvium effugisse adque summum in occidente montem appulsum esse, narrasse dicitur. Ex Apabachitorum fabula (vid. Müll. A. U. p. 113.) sol quondam per quatuor et viginti horas cursum retinuisse dicitur; atque aquae magni lacus Theomi ita effundebantur, ut summas montium vertices tegerent, praeter Olaimyum, quo in monte magnae solis aedes extructae erant, quae, quia a sole ipso fuerant aedificatae, a diluvio non invadebantur. Omnes autem, qui hunc ad montem confugerant, servati sunt ab aquis illis. Quatuor et viginti horis peractis, sol iterum orbem terrarum collustrabat, ut undae decrescerent.

XXVIII. Mirum in modum Cherokesi (Müll. p. 114.) de diluvio referunt. Canem quotidie ad fluminis ripam accurrisse, idque intuentem terribili modo eiulasse. Quem quum idcirco dominus vituperaret, illum respondisse, fabula tradit, permagnam calamitatem imminere, nam mox diluvium oriturum, omnia animantia perdens; quamobrem persuasit domino, ut se omnibus cum suis in lintre ab aquarum periculo servaret, ipsum vero in [illegible] [illegible]eret. Quam canis vocem audiens dominus

ab exitio, quod haud multo post ortum est, liberabatur. Neque minus est admirandum propter similitudinem atque congruentiam cum Graecorum fabula, id quod hac de re narrant Tamanaki, Caraiborum gens, quae ad Orenocum habitabat. Qui quidem referunt, aliquando virum una cum uxore sua, quum magnum ortum esset diluvium, summum in Tamanacum montem confugisse, deinde palmae Mauritaniae post terga iecisse fructus, quorum ex granis postea et viri et mulieres, qui nunc inveniantur, orti sint. Brasiliae indigenae permultas habent in carminibus suis de diluvio narrationes (Müll. p. 267). Quibus ex narrationibus una omnium reliqua erat domus eaque sapientis illius senis Tamanduares. Hic vero a summo deo erat invitatus ut, idque alii narrant, confugeret in palmam, alii contra referunt, ut in lintre magna ab inundatione tutum se praestaret. Una cum Tamanduare servabatur quoque soror eius, quae et coniux erat senis; ex utroque vero ortum esse universum hominum genus narratur. Peruani habent fabulam a maioribus suis sibi traditam, (Müll. A. U. p. 312.) quae refert, homines, quum inundaretur orbis terrarum, in antra atque speluncas se abdidisse easque obstruxisse, ne aquae irruerent; canis vero pedem limo et coeno inquinatum, iis diluvii finem nuntiasse. Contra Muyscae (Müll. p. 423) inundationem ita memorant. Primordia rerum, quum nondum luna lumen praeberet, Cundinamarcae planitiem atque Tequendanae angustias clausas fuisse. Homines tunc plane rudes, nulla praediti arte, sine moribus erant. Tum vero senex venerabilis advenit, cui tria erant nomina, Botschikae, Nemquethebae, Zuhés, qui incultos atque impolitos illos homines et agriculturam et deorum venerationem docebat. Sed uxor huius senis, quae et ipsa tria habebat nomina Huythacae, Chiae, Yubeccayguagae,

quamvis pulchra atque forma insignis esset, tamen tantam ostendebat improbitatem, ut omnia illa bona a coniuge hominibus data, pessumdaret atque perderet. Itaque effecit, ut Funzha fluvius (nunc Rio Bogota qui vocatur) alveum redundaret totamque inundaret planitiem. Minima hominum pars inundationem effugerunt, montium culmina ascendentes. Botschika autem, summa ira inflammatus, commutavit improbam mulierem in lunam, atque rupibus diffissis, decursum praebuit aquis per celeberrimam illam cataractam Tequendanae, quingentos septuaginta pedes altam. Gravissimi est momenti ad propositam quaestionem propter aptum contextum cum fabula de turri a populis exstructa (Babylonica quae appellatur in sacris libris), id quod narratur de pyramide Cholulensi (Müll. p. 458.), quae aedificata sit a gigante quodam, Xelhua nominato, qui effugerat diluvium. Quem accepimus scapha servatum esse ab exitio mundum evertente, tum vero novum condidisse humanum genus, tandem vero socium factum esse eorum, qui turrim exstruerent, usque summum ad coelum pertinentem. Dum exstruebatur ingens turris, populorum dissensio et discordia est orta. Tum vero Xelhua populum suum in Guatemalam deduxit, agros divisit inter Americanas gentes et permultas praeclaras leges atque instituta duxit. Maximam vero habet vim ad quaestionem nostram illustrandam, dignissimaque est, quae hic afferatur a nobis fabula illa Mehuacanorum, vetustissimi populi, de diluvio ficta. Quae Tezpium narrat inundationem effugisse, diversis animalium generibus una cum familia sua in scapham, quae ipsum servaret, secum ductis. Quum vero aquae decrescere viderentur, vir ille primum vulturem emisit, qui non rediit, quia ei alimenta praeberent submersorum aquis gigantum corpora. Tum

denique trochilum emisit, qui haud multo post reversus est ad dominum, frondem tenens rostro suo.

XXIX. Pari modo sunt varia atque discrepantia, quae vulgo narrantur apud populos, qui Australiam eiusque innumerabiles incolunt insulas, de diluvio, quod orbem terrarum quondam obruerit undis. Itaque Maori tradunt, Roonem et Teahoroam (vid. Wandersagen der Neuseeländer und der Mauimythos von C. Schirren 1856 p. 82.) ad piscationem exercendam esse provectos in altum; quorum hamum implicatum esse in Ruahati dei capillos. Perterritos eos dei iussu hamum exemisse. Quo facto deum ipsum praenuntiasse illis, mox orituram permagnam inundationem, ipsi vero se servarent una cum liberis in Toamarama insula. Quibus dictis obedientes soli ex omnibus hominibus ab exitio irrumpente liberabantur. Alia autem fabula tradit Tahiti insulam quondam a mari esse demersam atque destructam; unum modo par hominum cum nonnullis porcis, canibus et gallinis in montem Pito-hiti (Schirren p. 188.) effugisse, ex quo decem noctibus post descendens, lapides de coelo demissos vidisse, quos ventus iterum ad coelum sustulerit, imbre lapidum cessente, omnia in ordinem pr'stinum rediisse, ex servato autem illo hominum pari cunctos, qui nunc incolant orbem terrarum homines ortos esse. Narrant quoque, Taaroam iratum improbis hominibus, terram in oceanum deiecisse, ut paucae tantum insulae ex mari surgerent, quae quidem insulae nunc habitantur. In Hawai tota insula traditur olim submersa fuisse tumidis maris undis praeter Maunaceae verticem. Quem ad montem tradunt appulsam esse scapham servatis refertam. Ex illo diluvio autem, quod vocant Caicahinalii, duos modo homines relictos. In Newzealandia fabula quaedam est tradita, quae declarat, Taw-

hacum, postquam evaluerit ex gravissimis vulneribus mortiferis, a cognatis sibi illatis, summo in monte arcem condidisse ultionemque a diis petiisse. Cuius precibus impulsos deos ingentem imbrem in terras demisisse ex coelo, ut omnis orbis terrarum inundaretur cunctique perirent homines. In insula Whiti fama vagatur, Rocavam deum fabrûm praefectum, quum diluvium ingruisset, una cum comite suo, Rocola, advenisse atque duabus in scaphis octo servasse homines et cum iis ad Mbengam insulam appulisse. Diluvium vero nominant Vailavulavu. Itaque novis in Hebridis, indigena quodam Aneitensi teste, fabula de diluvio esse dicitur, quae plane similis sit iis, quae hac de re tradidit Vetus Testamentum.

XXX. Quae de diluvio enarratae atque hic allatae diversorum populorum fabulae sufficiant ad demonstrandum, quam longe vagatae sint per cunctum orbem terrarum fabulae illae, quantamque habeant similitudinem cum relatione Mosaica, quamvis nonnullae earum plane non consentiant. Est autem falsa coniectura his ex fabulis ducta, diversas humani generis gentes iam primordio rerum disiunctas atque segregatas fuisse, harum autem de inundationibus fabularum ideo habere eas cognitionem, quia diluvium illud totum per orbem terrarum diffusum fuerit: nam, id si acciderit, diversorum populorum de diluvio fabulae tam similia inter se signa non haberent, quae manifesto testantur, eas omnes uno ex fonte manasse. Nobis potius videtur, humanum genus, quod ex Noacho illo novam duxerit originem itaque diluvio quoque interfuerit, fabulam quoque de miro illo facto in memoria retinuisse, eamque fabulam, quae posthac, quum migravissent homines per diversas terras, trans- ata fuerit diversosque duxerit colores ex singu-

larum gentium rebus gestis atque conditionibus vivendique ratione, unde factum, ut haec fabula alio in populo aliam habeat formam.

XXXI. Sed iam progrediamur ad alteram quaestionis nostrae partem. Ut iam supra commemoravimus, humano generi, postquam est restitutum atque terrarum orbi redditum, propositum est a divina providentia, ut in omnia, quae inveniantur mala in mundo, quaeque a deo immissa sint ad hominum vires exercendas atque augendas, pugnet et ea vincat, itaque commutet pessima quaeque in bona. Quod si perficere velint, homines cum malis rebus contendere necesse est, et ita demum victoriam referre possunt. Illis vero de pugnis contra res malas gestis duas in partes se formaverunt diversis in populis fabulae, quae pugnas illas et corpore et animo gestas fingant, fabulae, quae aeque ac de diluvio compositae, cognationis certissima prae se ferant signa atque unitatem humani generis testentur, quia positae sunt in universali quadam sententia atque communi omnibus fere populis atque nationibus. Quod igitur attinet ad pugnam corporis viribus contra mala gestam, eam inveniri putamus in fabulis illis, quae sunt compositae a plerisque gentibus de pugnis contra dracones. Itaque primo quidem videamus, qualem nobis pugnam in dracones ostenderint libri sacri. A quibus Deum accepimus, hominum pari in amoenissima illa regione, quae Eden vocatur, posito, ei permisisse, ut frugibus omnium fere horti arborum frueretur, excepta arbore illa scientiae bonorum et malorum. Tum vero callida et maligna serpens persuasit credulae Evae, ut ederet et huius arboris fructus. Quae quum serpentis dictis obediisset, atque ipsa edens et coniugi vetitos dedisset fructus, Deus valde iratus devovit anguem talibus dictis (Genes.

o. 3, 15.) *καὶ ἔχθραν θήσω ἀνὰ μέσον σου καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματός σου καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματος αὐτῆς. αὐτός σου τηρήσει κεφαλὴν καὶ σὺ τηρήσεις αὐτοῦ πτέρναν.* Hic videmus pugnam inter hominem et anguem non statim gestam, sed potius praenuntiatur fatalibus Dei dictis. Quodsi vero in libris sacris de pugna illa contra draconem ab homine gesta prius narratur, quam de diluvio, mirum non est, quia homo, dummodo opportunum in mundo teneat locum, hanc ad pugnam cogitur, itaque homo, qualem videmus nobis propositum a sacris literis, iam ante diluvium aptam habet conditionem sibique idoneam, ideoque pugnare eum contra mala necesse est.

XXXII. Apud Indos et Persas, quorum de pugnis contra dracones succeptis permultae sunt fabulae, quasque omnes hic afferre nihil attinet, talium pugnarum formae primitivae putari possunt certamina ab Indico Trita et Persico Thraêtaonô contra serpentes illos horribiles habita, quaeque iam antea commemoravimus. Et apud Aegyptios quoque vestigia opinor servata esse fabulae illius de pugnis contra dracones in fabulis, quae nobis hoc de populo traditae sunt a Graecis auctoribus. Itaque Plutarchus (de Isid. et Osirid. c. 50.) tradit apud Hermopolin urbem simulacrum Typhonis fuisse, quod hippopotamum, Typhonis signum, ostenderet, in quo accipiter, Horum qui significat, magnum necans serpentem staret. Quum vero haud ignoremus, Horum, qui Osiridis patris mortem a Typhone confectum ulcisceretur, illum semper persecutum tandem vicisse, spero fore, ut nemo mirum habeat, quod in simulacro illo, in quo accipiter (Horus) anguem (Typhonem) necat, fabulam Aegyptiorum de draconibus interfectis mihi invenisse videar. Quod attinet ad hanc fabulam apud Graecos, illa nobis occurrit primitiva sua in forma, quae Apollinem in Py-

thonem draconem dimicavisse ostendit. Qua in relatione mira est similitudo cum Aegyptiorum fabula. Apollo enim idem habebatur a Graecis, qui apud Aegyptios Horus, id quod Herodoti ex loco supra citato cognosci potest. Pythonis autem nomen per metathesim in Typhonis vocem commutari potest, itaque facile redditam habemus in Graecorum relatione fabulam de draconibus devictis mutatam. Posterior huiusce Graecorum fabulae forma est nota illa Herculis in anguem Lernaeam pugna.

XXXIII. Pari modo excogitata est apud gentes Germanicas fabula de pugnis in dracones initis. Quum enim primus deus quidam in anguem pugnet, quamvis eum non plane vincat, posthac ut apud Graecos, fabulosus quidam heros hanc init dimicationem et summa cum gloria adversarium vincit. Deus ille Germanorum est Thorr, cuius de dimicatione in Midgard anguem suscepta, talia nobis refert Gylfaginning Daemis. 48. (Simrock Ed. p. 314.): Er (Thorr) ging über Midgard aus als ein junger Geselle und kam eines Abends zu einem Riesen, der Ymir hiess. Da blieb Thorr und nahm Herberge. Aber als es tagte, stand Ymir auf und machte sich fertig auf die See zu rudern zum Fischfang. Thorr stand auch auf und war gleich bereit und bat, dass Ymir ihn mit auf die See rudern liesse. Ymir sagte, er könne nur wenig Hülfe von ihm haben, da er so klein und jung sei „und es wird dich frieren, wenn ich so weit hinausfahre und so lange aussen bleibe, wie ich gewohnt bin.“ Quum tamen Thorr eum iterum atque iterum rogaret, ut ad piscandum ipsum secum duceret idque impetrasset, sumpto ex Ymiri grege bove, tamquam esca, una cum gigante scapham ingressus in altum provehitur. „Ymir, Har narrare pergit, ruderte vorn, so dass sie schnell

fuhren. Da sagte Ymir, sie wären nun an die Stelle gekommen, wo er gewohnt sei zu halten und Fische zu fangen. Aber Thorr sagte, er wolle noch viel weiter rudern: sie fuhren also noch lustig weiter. Da sagte Ymir, sie wären nun so weit hinausgekommen, dass es gefährlich wäre, in grösserer Ferne zu halten wegen der Midgardschlange. Aber Thorr sagte, er werde noch eine Weile rudern und so that er, womit Ymir übel zufrieden war. Denique Thorr remigare desiit atque hamum suum, in quo pro esca illigatum erat bovis caput, in undas proiecit. Sed Midgard anguis hiante ore hamum captans, eum gutturi infixit. „Als das die Schlange merkte, zuckte sie so stark, dass Thorr mit beiden Fäusten auf den Schiffsrand geworfen wurde. Da ward Thorr zornig, fuhr in seine Asenstärke und sperrte sich so mächtig, dass er mit beiden Fäusten das Schiff durchstiess und sich gegen den Grund des Meeres stemmte. Also zog er die Schlange herauf an Bord. Uud das mag man sagen, dass Niemand einen schrecklichen Anblick gesehen hat, der nicht sah, wie jetzt Thorr die Augen wider die Schlange schärfte und die Schlange ihm von unten entgegenstierte und Gift blies. Da wird gesagt, dass der Riese Ymir die Farbe wechselte und vor Schrecken erbleichte als er die Schlange sah, und wie die See in's Boot aus- und einströmte. Aber in dem Augenblick, da Thorr den Hammer ergriff und in der Luft schwang, stürzte der Riese hinzu mit seinem Messer und zerschnitt Thorrs Angelschnur und die Schlange versank in die See und Thorr warf den Hammer nach ihr, und die Leute sagen, er habe ihr im Meeresgrund das Haupt abgeschlagen; doch mich dünkt, die Wahrheit ist, dass die Midgardschlange noch lebt und in der See liegt.“ Quum igitur deus

ille, ut ex loco hic allato videmus, in anguem modo pugnet, Sîvrit, Germanicus ille heros non solum cum dracone confligit, verum etiam eum plane devincit, cuius quidem dimicatio permultis in veterum Germanorum libris descripta est. (Cf. hörn. Siegfried I. Abenth. Stroph. 8—11. ed. Simrock-Nibelungenl. ed. Zarncke Avent. XV. Stroph. 7.)

XXXIV. Et Slavi quoque tales de dimicationibus in dracones gestis habebant fabulas. Itaque Russicum quendam, Czurilonis qui haberet nomen, juvenem ingenti corporis robore draconem, omnes terras vastantem, quercu evulsa interfecisse accepimus. (Vid. Hanusch die Wissenschaft des slav. Mythus p. 324.) Cracoviae et nostris quoque temporibus ostendunt montis antrum, ubi habitaverit draco ille horribilis a Craco fraudibus et vi devictus. Quarum vero Slavicarum de draconibus interfectis fabularum habemus quandam, quae gravior est propter manifesta antiquitatis signa, quapropter hic non silentio praetereunda est. Venatoris enim mulier, quum quondam fraga legeret, gravissimis vexabatur doloribus atque gemellos edidit pueros: partum sequebatur mors. Lupa autem et ursa, quas miserebat infantium omni auxilio destitutorum, eos assumpserunt atque uberibus suis aluerunt. Quorum puerorum alter tanto erat praeditus corporis robore, ut montes (góra) volveret (walit), quamobrem Waligóra nominatus est; alter vero non minus validus, apellatus est Wyrwidab, quoniam altissimam quercum (dab) evellere (wyrywal) poterat. Ambo abibant fortunam tentaturi. In itinere autem fratribus occurrit homunculus, qui illis velum atque calceos donavit, qui mirabili praediti erant vi, ut possessorem suum uno saltu decem millia passuum transportare possent. Quibus praeclaris donis expediti fratres longius migraverunt

atque in magnam et splendidam pervenerunt urbem. Hic rex quidam ditissimus, qui persaepe a dracone vexabatur, pronuntiaverat, eum, qui monstrum illud occiderit, generum suum fore. Fratres hanc periculosam pugnam inierunt atque ingenti sua corporis vi et calceis milliariis adiuti draconem devicerunt. Quibus factis rex fratribus filias duas dedit uxores in matrimonium eosque potentes fecit principes.

XXXV. Neque Americanis eiusmodi fabulas defuisse, non erit, quod pluribus dicam, itaque ex illorum copia fabularum nonnullas modo eximere liceat. Irocesi (Müller A. U. p. 47.) tradunt, semet ipsos, quum ad Lorenzum flumen habitarent, a gigante aliquo, Rononweca nominato, esse afflictatos. Tum a viro quodam fortissimo et prudentissimo, Iatoneta qui vocabatur, liberatos Shotroweam hostem vexavisse, qui ipsos trans flumen fugaverit. Quibus factis aprum, denique ingentem horribilemque visu anguem ipsos fatigasse. Sed serpentem narrant fulminis ictu esse necatum. Quare quis tandem me reprehendat aut quis mihi iure succenseat, si hac in Irocesorum fabula plane redditam esse Germanicam relationem de Thorro et Midgardo angue puto: satis enim notum est, Thorrum, quod quidem nomen eius significat, tonitruum fuisse numen. Anguem vero ex Americanorum sententia aeque ac Germanicum illum Midgardum serpentem cum aqua cognatum habeo, id quod manifesto cognosci potest ex Chippavorum quadam fabula. Qui quidem referunt, diluvium magno ortum esse serpente, Manobozhonem vero sub ingentis leporis Michabu specie eum interfecisse. Sed haud facile est ad explicandum, quonam modo inveniamus Australiorum de draconibus interfectis fabulam, nam eorum fabulae, quamquam non paucae, tamen tam sunt obscurae atque

perplexae, ut summo ingenii acumine opus sit ad ipsam originem eruendam. Attamen hanc fabulam apud Australios esse servatam credo. Nam tradit nobis quarta Newzealandorum fabula peregrinatoria (cf. Schirren, Sagen der Neuseeländer p. 24.) loliginem quondam permagnam, quum fortis ille Cupe in litore, quod est ad orientem versus, Castle-Point assecutus esset, quod ipse quidem Te Whece-Muturangi vocabat, ab illo perterritam ex promontorii antro fugisse in Raucavam versus. Cupem vero subsequentem atque ad insulam mediam via Auwa-itica proficiscentem rapidiorem sensisse aquarum cursum. Quo in loco se abdiderat loligo atque lacertis suis Cupes scapham corripere intenderat, ut eam depromeret; sed Cupe id quod loligo perficere tentaret videns, ingentem cantharum in undas deiecit, quem quum piscis scapham esse putaret atque surgeret eam corporis sui mole submersurus, Cupes securi ictus duas in partes dividebatur. Hac ergo in fabula de loligine a Cupe interfecta cunctam opinor redditam esse dimicationem in dracones gestam, vel pugnam, quam corporis viribus hominum genus a Dei providentia in malas res committere iussum est, tamen anguem videmus commutatum in speciem sibi cognatam, id est in piscem; quod forsitan eo factum est, quia saepius videre Newzealandi piscem certo sunt adsuefacti quam anguem et draconem.

XXXVI. Sed certamina quoque ab hominibus animi atque ingenii viribus gesta contra mala, certam, ut modo ostendemus, apud omnes fere populos eosque praecipuos duxit formam, eodemque modo est expressa in eorum fabulis, ut et haec pars vitae humanae atque rationis singulari quadam et communi specie praedita summi in quaestione proposita sit

momenti atque magis magisque me adducat, ut ex communi origine profectum esse humanum genus credam. Tales vero dimicationes contra mala ingenii viribus susceptae, eo modo oriuntur, quia mala ipsa corpore carentia infestant persaepe humanum genus, id est, aut plane nulli cernenda aut quasi spectra terrifica atque horribilia homini occurrunt, neque ita corpore praedita, ut in pugnis illis contra dracones et angues pugnatis. Hac autem conditione homo quoque cogitur, quum non amplius sufficiant contra hostem invisibilem corporis sui vires, ut ingenio et animo utatur itaque iisdem aggrediatur armis inimicum, quibus ille ipsum infestare conatus est; quod quidem humanum genus revera confecit. Nam aut precibus piis moverunt numen quoddam inviolabile et immortale, ut averteret imminentia mala eorumque impetus, aut homines ipsi expediti incredibilibus fere et prope singularibus quibusdam ingenii viribus in adversa pugnare eaque devincere sunt ausi. Hunc igitur in modum orta est ars magica omnibus cum arcanis suis atque miris venenis et cantionibus, quae omnia initio id modo spectabant, ut infirmum atque imbecillum hominum genus servarent et liberarent a conatibus inimici atque infesti cuiusdam numinis, sed posthac adhibita sunt ad alios violandos ab hominibus ipsis magice abutentibus. Quisque vero nostrum facile intelliget, carmina atque venena magices, quam in unoquoque videmus populo viguisse, ex variis et diversis sentiendi atque cogitandi rationibus hominum varium in modum sese formasse, qua in re fieri non posse, ut de congruentia quadam stricta inter se horum venenorum verba facere possimus. Attamen negari non potest, in hac quoque tam varia omnium populorum animi perceptione certum quoddam fundamentum in-

veniri, a quo rursus reducamur ad pristinam humani generis unitatem. Tot et tam varia inter variarum nationum venena unum idque certum esse dico, quod apud omnes fere unam habeat formam atque figuram. Qui populorum de uno artis magicae veneno consensus maxime et mirificum in modum elucet ex superstitione illa, qua cunctum fere humanum genus est imbutum, de obscura et singulari capillorum et unguium resectorum vi, pro tempore aut prodesse ant nocere qui hominibus possint. Quae quidem superstitio quum, ut modo demonstrabimus, plane et ubique occupaverit populos, pro certo habendum esse opinor, hanc opinionem iam primordio rerum, quum nondum segregatae essent gentes sed quasi unius familiae instar patriam communem tenerent, esse ortam, ex certis quibusdam atque secretis caussis et tam penitus insitam fuisse moribus, ut, hominibus per orbem terrarum evagatis, et ipsa in omnes mundi regiones delata sit. Nam nunquam fieri poterat, neque poetica quadam perceptione neque alia cogitatione, ut omnium hominum superstitio eadem esset de re tam singulari et insolita.

XXXVII. Itaque, quod iam antea fecimus, iter ingrediamur denuo per cunctum orbem terrarum, atque disiecta per omnes populos opinionis illius membra, quasi depositi capilli atque ungues vim quandam magicam habeant, colligamus eaque unum in corpus redigamus, ex quo novum conficiatur argumentum opinioni nostrae favens, gentes omnes una ex origine emanasse. Superstitioni autem illi de vi capillorum unguiumve veri aliquid subiectum esse videmus ex lege in sacris literis proposita (Num. 6, 18.) *καὶ ξυρήσεται ὁ ηὐγμένος παρὰ τὰς θύρας τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου τὴν κεφαλὴν τῆς εὐχῆς αὐτοῦ καὶ ἐπιθήσει τὰς τρίχας ἐπὶ τὸ πῦρ ὅ ἐστιν ὑπὸ τὴν θυσίαν*

τοῦ σωτηρίου. Qua in lege vir consecratus, exactis diebus consecrationis, capillos deponere iussus est et sacrificii igne comburere. Itaque maxima hic est habita ratio capillorum, quod quidem praeceptum plane aliam habet speciem quam forte iussum illud de capillis promittendis aut deponendis in propinquorum mortibus, quia hoc manifesto videtur luctus signum esse, quum illius caussa atque origo minus cognosci possit, nisi id quidem putabimus, praeter alias caussas cum secretas tum gravissimas — nam ex Talmudis sententia (Nedar. p. 9 b.) cirri et capilli submissi summam significant superbiam itaque vir consecratus capillum primo quidem submittens tum vero decidens, modestiam suam in creatorem omnipotentem profitetur — eam quoque opinionem in iis esse absconditam de mirifica et singulari capillorum decisorum vi. Quae opinio clarius etiam est proposita in historia illa notissima de Simsone, cui coniux perfidissima, a Philistaeorum principibus corrupta, cirros decidens (Jud. 16, 19.), ingentes corporis vires eripit, quibus adhuc Philistaeos valde vexaverat atque infestaverat. Ut autem porro traditur (ibid. 16, 22.) renascentibus capillis Simson pristinum recipit robur, cuius ope interficit ipse moriturus magnam vim hostium. Capilli ergo maximi sunt momenti in augendis aut diminuendis corporis viribus. Pari autem modo ut de capillorum, ita de unguium quoque resectorum magica quadam vi apud Iudaeos invenimus hanc opinionem. Nam Talmud (Nidda fol. 17a.) praescribit, ne ungues resecti deiiciantur sed potius comburantur „is enim, ait, qui ungues resectos occultat est iustus vir, quos qui comburit pium nomino virum, qui eos deiicit et amittit, improbus est.“ Qui locus ex Talmude hic allatus non solum certiores nos facit opinionis illius, Iudae-

orum propriae de singulari unguium vi, sed etiam lucem affert quandam de vera unguium natura. Nam non tam, ut unguibus tamquam venenis utamur nobis ostendit, quam potius, ungues signa certae cuiusdam rei proponens, quae sit iis resecandis adhibenda ratio explicat. Sunt enim ungues armorum quasi imago, quae hominibus primo rerum statu parata erant, ut Venusinus ille poëta tam praeclare cecinit (Hor. Sat. I. 3. 99.)

Cum prorepserunt primis animalia terris
Mutum et turpe genus, glandem atque cubilia propter
Unguibus et pugnis dein fustibus atque ita porro
Pugnabant armis, quae post fabricaverat usus.

Eodemque fere modo Lucretius (de Rer. nat. 5, 1282.) dixit:

Arma antiqua manus, ungues dentesque fuerunt
Et lapides et item silvarum fragmina rami.

Qui igitur, — manifesto est Talmudis sententia, — haecce quidem arma propter rudem formam, quae rudem etiam atque ferinam significant pugnam, recusat seque Dei benevolentiae atque ingenii viribus a creatore sibi datis committit, certe pius vir est, qui eos abscondit, id est, ferina illa naturae vi qui periculosis solum temporibus moderate utitur, iustus est, sed qui eos deiicit vel iis abutitur itaque indignum se esse summa illa hominis praestantia declarat, iure meritoque est improbus atque pravus homo. Ea itaque est, ut ex Talmude cognosci potest, vera unguium imago, quae vero imago armorum, tutamentorum et venenorum apud alios populos nationesve tam obscurum atque atrum duxit colorem, ut modo Talmudico illo loco explicari possit atque cognosci; aliter enim ambages sunt perplexae, cur ipsis in unguibus homines salutem aut exi-

tium positum esse putaverint et etiam nunc credant.

XXXVIII. Et apud Indos opinionem illam de singulari quadam vi cum capillorum tum unguium resectorum clarius explicatam videmus. Itaque exempli gratia in Indorum codice, Yâjnavalkya qui inscribitur, (Yâjnav. ed F. Stenzler) summa est habita ratio eius, qui ungues habet deformes, eumque reiiciendum esse declarat lex, nam dicitur ibidem (Lib. I. 222.): „Ein Kranker, einer, der ein Glied zu wenig oder zu viel hat, ein Blinder, der Sohn einer wiederverheiratheten Frau, der einer Wittwe, ein Mann mit hässlichen Nägeln (ist verboten).“ Alio loco (Yâjn. Lib. III. 209.) diversis maleficis hominibus tales constituuntur poenae: „Der Tödter eines Brâhmana wird mit Schwindsucht behaftet sein, wer geistige Getränke getrunken, mit schwarzen Zähnen, wer Gold gestohlen, mit schlechten Nägeln.“ Porro gravissimum Yâjnavalkyae locum de unguibus hic afferre debemus, ubi enim (Lib. III. 85.) traditur: „Die Zähne mit ihren Behältern sind vier und sechzig, Nägel zwanzig, die zwanzig Spiesse der Hände und Füsse, diese haben vier Standorte.“ Ex mirifico hoc unguium cognomine, quia enim manuum et pedum quasi hastae vocantur, fere elucet ex Indorum captu et opinione arma, defendens ergo aut offendens instrumentum ungues significare. Post ungues ad capillos quoque respectum habet Yâjnav. (Lib. I. 139.) Brahmanis praescribens: „Verbotene That meide er, den Rauch eines Scheiterhaufens und das Schwimmen über einen Fluss, sowie das Stehen auf Haaren, Asche, Spreu, Kohlen und Schädeln.“ Ex hac vero loco allato compositione facta suspicari mihi licere puto, in capillis recisis stare non forte propterea vetitum esse, quia id sordidum sit, sed potius ideo, quod in iis mala fere

numinis cuiusdam vis sit occulta, quae Brâhmano puritatem atque munditiam eripiat, aeque ac flumen tranare aut in cranio consistere per se minime sordida sed magis animo et ingenio nocentia ex Indorum opinione declarari possunt. Neque denique omittamus hoc loco usum illum et cultum Buddhaicorum sacerdotum, capillos qui Dalai-Lamae dedicant itaque se huiusmodi capillorum sacrificio consecratos esse putant. —

XXXIX. Summum tenent mirifice locum ungues et crines depositi ut remedia certissima contra daemones eorumque vexationes ex Persarum opinione. Cuius sententiae vetustissimum videmus testimonium redditum in capite XVII. Vendidâdi libri (Avesta übers. v. F. Spiegel Bd. I. p. 224.), quod hic ad verbum afferre liceat: 1. Es fragte Zarathustra den Ahura-Mazda: Ahura-Mazda, himmlischer, Heiligster, Schoepfer der mit Koerper begabten Welten, Reiner! 2. Womit, als der grössten Todsünde verehrt der Mensch die Daevas (daemones) mit Worten? 3. Darauf entgegnete Ahura-Mazda: Dieses o reiner Zarathustra, 4. Wenn sie auf der mit Körper begabten Welt die Haare ordnen, die Haare schneiden, die Nägel beschneiden. 5. Wenn sie sich scheeren an den Locken, oder am Barte. 6. Dann kommen an diesen entweihten Plätzen der Erde die Daevas zusammen. 7. Dann kommen an diesen entweihten Plätzen der Erde die Khrafçtras zusammen. 8. Welche die Menschen Läuse nennen. 9. Welche der Menschen Getreide im Getreide, die Kleider in den Kleidern verderben. 10. Deswegen o Zarath., ordne du die Haare in der mit Körper begabten Welt, schneide die Haare, beschneide die Nägel. 11. Dann bringe sie hinweg zehn Schritte von den reinen Männern. 12. Zwanzig Schritte vom Feuer, dreissig Schritte

vom Wasser, fünfzig Schritte vom Bereçma, das zusammengebunden ist. 13. Dann grabe ein Loch, einen Disti in harter Erde, einen Vitaçti tief in weicher. 14. Bringe dorthin die Haare und Nägel zusammen. 15. Dann sprich die folgenden Worte, die siegreichen o Zarathustra. 16. at aqyâ. 17. Mit dem Messer mache dann Umkreise, drei, sechs oder neun. 18. Sprich den Ahuna-vairya drei-, sechs- oder neunmal. 19. Mit den Nägeln (beider Hände) grabe ein Loch unterhalb des Hauses. 20. So gross wie des grössten Fingers oberstes Glied. 21. Dorthin bringe sie. 22. Dann sprich die Worte, die siegreichen, o Zarathustra. 23. Ashâ vohû etc. 24. Mit dem Messer mache Umkreise, drei, sechs oder neun. 25. Sprich den Ahuna-vairya drei-, sechs- oder neunmal hernach: 26. „Dir o Vogel Ashô-Zusta, zeige ich diese Nägel an.“ 27. „Diese Nägel widme ich dir“. 28. „Diese Nägel o Vogel Ashô-Zusta seien deine Lanzen, Schwerter, Bogen, deine Pfeile, die raschfliegenden, deine Schleudersteine, die anzuwenden sind gegen die mazanischen Daevas“. 29. Wenn sie diese Nägel nicht anmelden, so gehören diese hernach für die mazanischen Daevas: die Lanzen, Schwerter, Bogen, diese raschfliegenden Pfeile und diese Schleudersteine, die gegen die mazanischen Daevas angewendet werden sollen.“ Itaque posterior quidam de religione atque cultu Persarum liber conscriptus, Minokhired qui appellatur, decem numerat res, quae terrae non placeant vel ut ipse dicit, eam maxime vexent, quarum rerum vero ultima et quidem summa est, si in locum aliquem unguium vel capillorum recisamenta deiiciantur. Alius codex Persarum sacer, Sad-der qui inscriptus est, de ratione recidendorum crinium et unguium talia refert (Port. XIV.) „Omnibus praeceptum est, ungues suos

praescindendo, (segmina) chartae indendo coram se collocare. Quando coram se collocarunt, recitent Vâgj, et yathâ ahû vairyô recitent pro sanitate sua. Ter inquam, o vir pie, recita yathâ ahû vairyô quavis vice lineolam circa illa segmina ducendo. Opus est in aves palam recitare Patiti et quoque unum yathâ ahû vairyô et Vâgj. Et oportet, ut singulis vicibus forfice accipiens terram eam super dictos ungues effundas. Si autem Patiti non nosti, tum ut vir religiosus et prudens recita Vâgj τῷ Saruseh. Ex interiori parte trium lineolarum extra ferto ungues, quos in aliquem campum exportare debes, ungues tuos inquam versus mortem ferto, ut a te miseriam et dolorem expellas. Deus quidem creavit aves bonas, tam beati quam improbi solent illud recitare. Si pro unguibus non recitaveris Patiti, aves in transitu illos ungues vorabunt; si non recitaveris, daemones et venefici illos asportabunt et illis unguibus veneficia exercebunt. Praesectos itaque ungues ne relinquas, ne facias veneficis et daemonibus convivium."

XL. Non mediocriter legentes nos iuvat, quod ex diversis Graecorum auctorum locis intelligimus, Aegyptios quoque prodigiosam illam de crinium vi tenuisse religionem. Narrat enim Herodotus (2. 65.) et fere iisdem verbis Diodorus Sic. (1. 83.), qui modo ab Herodoti relatione repetiisse videtur, Aegyptios certas bestias ut sacras coluisse. Venerationis autem rationem huiusmodi fuisse. Diis, quibus consecratum est animal, imploratis, puerorum capilli reciduntur vel toti vel ex dimidia tantum parte, qui tum argenti pretio aestimantur. Quo facto argentum illud animalis custodi datur, qui pisces emit iisque pascit bestiam consecratam. Inde igitur apparet, Aegyptios quoque maxime non parvo sacrificio dignos habuisse crines,

atque in illis religiosum quoddam momentum vidisse, idque momentum, quod longius etiam patuisse, nempe usque ad superstitionem et artem magicam certo putamus. Contra opinor, quod Herodotus (1. 66.) nobis tradit, supercilia ab Aegyptiis recisa, fele mortua, cane autem interfecto totum capillum detonsum esse, huc non pertinere, quia id signum modo luctus esset neque ullum haberet magices momentum.

XLI. Clarius vero et magis perspicue quam apud Aegyptios, hanc religionem de mystica illa capillorum unguiumve vi apud Graecos Romanosque viguisse, breviter demonstrabimus. Complures enim loci carminum Homericorum (Odyss. III. 446. XIV. 422. — Il. XIX. 254.) docent, de victimarum frontibus, priusquam diis immolarentur, partem pilorum resectam esse, qui saepe igni sacrifico imponerentur, quod apellabatur *τρίχας ἀπάρξασθαι*; sed non semper victimae pili comburebantur, nam distribuebantur nonnunquam adstantibus, quod quidem ex versu illo (Il. III. 273.) cognosci potest:

ἀρνῶν ἐκ κεφαλέων τάμνε τρίχας, αὐτὰρ ἔπειτα
κήρυκες Τρώων καὶ Ἀχαιῶν νεῖμαν ἀρίστοις.

Pilos autem non solum victimarm esse resectos atque immolatos, sed etiam hominum, manifesto intelligitur ex loco aliquo apud Plutarchum. Qui (in Thes. c. III.) morem affirmat fuisse Graecorum, ut Apollini Delphico capillos puerorum, qui ex infantia in pueritiam ingressi essent, sacrificarent. Itaque satis manifesto redditum videmus Aegyptiorum cultum, quem supra commemoravimus. Quanta vis autem capillis decisis insit Graecos putasse, concludere possumus ex una Atticarum fabularum. *) Quae nobis tradit, Mi-

*) Forsitan huc quoque pertinet superstitio illa Graecorum et Romanorum, qui, neminem mori posse, credebant, nisi Proserpina aut Iris morientis crinem abstulisset vid.

noëm, Cretensium regem, quum poenas capturus pro filio occiso Athenas proficisceretur, primum quidem Megaram, ubi regnaret Nisus, Aegei regis Atheniensis frater, oppugnasse. Nisus autem habebat aureum pilum medio in capite, quo in pilo posita erat Nisi vita atque regnum Megarense. Dum vero urbs oppugnatur, Scylla, Nisi filia, amore in Minoëm capiebatur, cuiusque ut sibi conciliaret amorem, patri dormienti pilum illum fatalem evulsit. Quo facto Nisus mortuus, Megara autem in Minois potestatem redacta est. Sed aeque ac crines, ungues quoque in Graecorum perceptione non desiderantur, quasi res singulari quadam vi et potestate praedita; quod quidem satis elucet ex praecepto illo ab Hesiodo obscuris verbis tradito (Hesiod. op et d. 680.)

μηδ' ἀπὸ πεντόζοιο θεῶν ἐνὶ δαιτὶ θαλείῃ
αὖον ἀπὸ χλωροῦ τάμνειν αἴθωνι σιδήρῳ,

quod quidem praeceptum satis explicavit Plutarchus (de Is. et Os. c. 4.). Neque hic omittamus locum quendam in Diog. Laert. (Lib. VIII. 1. 17. ed. Cob.), ubi Pythagorae symbola hunc in modum enarrantur: *πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκαλεύειν, ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν, ἐπὶ χοίνικος μὴ καθίζειν, καρδίην μὴ ἐσθίειν, φορτίον μὴ συγκαθαιρεῖν συνεπιτιθέναι δέ, τὰ στρώματα ἀεὶ συνδεδεμένα ἔχειν, ἐν δακτυλίῳ εἰκόνα θεοῦ μὴ περιφέρειν, χύτρας ἴχνος συγχεῖν ἐν τῇ τέφρᾳ, δᾳδίῳ θᾶκον μὴ ὀμόργνυσθαι, πρὸς ἥλιον τετραμμένον μὴ ὀμίχειν,* *) *τὰς λεωφόρους μὴ βαδίζειν, μὴ ῥᾳδίως δεξιὰν ἐμβάλλειν, ὁμωροφίους χελιδόνας μὴ ἔχειν,*

Verg. Aen. IV. 698. Euripid. Alcest. 75.
ἱερὸς γὰρ οὗτος τῶν κατὰ χθονὸς θεῶν,
ὅτου τόδ' ἔγχος κρατὸς ἁγνίσῃ τρίχα.

*) idem docet Hesiodus (op. et dies 727.)
μηδ' ἀντ' ἠελίου τετραμμένος ὀρθὸς ὀμίχειν.

γαμψώνυχα μὴ τρέφειν, ἀπονυχίσμασι καὶ κουραῖς μὴ ἐπουρεῖν μηδὲ ἐφίστασθαι etc. quorum symbolorum quod postremum memorat, miram habet similitudinem praecepti illius Indorum ex Yâjnavalkya, cuius supra mentionem fecimus.

XLII. Quodsi vero apud Romanos, quod ad capillos et ungues resectos attinet, eosdem fere mores et consuetudines fuisse videmus, id mirum non est, quia repititio modo videtur cultus Graeci, ex quo Romanorum cunctam fere emanasse religionem constat. Nihilo vero minus locos quosdam hic afferendos puto ex Romanorum auctorum scriptis, quia Romani id clarius explicaverunt, quod obscurius apparet in Graecorum auctoribus. Itaque canit Vergilius (Aen. VI., 246.)

Et summas carpens media inter cornua setas,
Ignibus imponit sacris libamina prima
Voce vocans Hecaten —

quod plane consentit cum Graecorum cultu, qualem vidimus ab Homero nobis descriptum. — Clarissime hac de re verba fecit inter Romanorum auctores C. Plinius Sec., qui de singulari illa et mira unguium et capillorum recisorum vi (hist. nat. 28. 2.) asserit: „Ungues resecari nundinis Romanis tacenti atque a digito indice, multorum pecuniae religiosum est. Capillum vero contrectari contra defluvia ac dolores capitis XVII. Luna atque XXIX.“ Idem auctor refert (hist. nat. 28, 7.): „Ex homine siquidem resegmina unguium e pedibus manibusque cera permixta, ita ut dicatur tertianae vel quotidianae, vel quartanae febri remedium quaeri, ante solis ortum alienae ianuae affigi iubent ad remedia in iis morbis: quanta vanitate si falsum est, quantave noxa si transferunt morbos ad innocentiores. Ex his omnium digitorum resegmina unguium, ad cavernas formicarum abiici iubent, eamque,

quae prima coeperit trahere correptam subnecti collo, ita discuti morbum.“ — Omissis hic multis illis locis, quibus Plinius fusius loquitur de unguium et capillorum remediis, Petronii dictum hic afferam admodum memorabile, qui (c. 104, 6.) „Audio, ait, enim non licere cuiquam mortalium in nave neque ungues neque capillos deponere, nisi quum pelago ventus irascitur.“ *) Similiter verba illa in Senecae Medea (v. 729.) „ungue cantato“ magicam illam unguium vim indicare mihi videntur atque hic potius revera ungues significare quam digitos. Quum vero ex locis, quos hic attuli, manifesto eluceat, magicum unguium usum Romanis non solum notum sed etiam solitum fuisse, in Propertio (III. 6, 27.) opinor potius restituendam esse antiquam lectionem „unguibus“ pro coniectura recentiorum editorum „anguibus“ in versu:

Illum turgentis ranae portenta rubetae
Et lecta exsectis anguibus ossa trahunt

itaque legendum esse „ex sectis unguibus“.

XLIII. Convertamus nos nunc ad Germanicas gentes. In larga illorum fabularum copia hoc quoque momentum pergrave, superstitionem de magica et singulari crinium et unguium resectorum vi haud desideramus. Itaque Saxo Grammaticus fabulam quandam nobis reservavit, qua narratur, Thôrkillum, quem iure meritoque Thorrum deum significare permulti docti homines putant, ad Utgardlokum gigantem venisse, ut ei tres evelleret pilos. **) Quae quidem relatio

*) Nautas vero irati maris tempestate navem urgente, capillum totondisse, ex versu illo (Juvenal. Sat. 12, 81.) apparet:

Tuti stagna sinus, gaudent ubi vertice raso
Garrula securi narrare pericula nautae.

**) miram habet similitudinem huius fabulae de Utgardloko compositae, id quod de tribus pilis aureis Ded-Vsevedi

reddita videtur, quamquam paullum transformata, in fabula quadam Germanorum (Simrock, Handb. d. D. Myth. p. 299). Iuvenis enim quondam, fortunam tentaturus, profectus est, ut diabolo tres evelleret pilos aureos. In itinere vero ad tres venit reges, quorum alterius arbor, quae semper habebat aureos fructus, arrefacta erat, alterius autem fons, qui semper uniones et margaritas eiecit, exsiccatus erat, tertio regi diabolus rapuerat filiam. Tres illi reges igitur mandaverunt forti prudentique iuveni, ut caussas illorum factorum scrutaretur et erepta ipsis referret. Itaque iuvenis ingressus est iter et tumidos rapidosque torrentes traiiciens ad diaboli domum pervenit. Cuius in arce ereptam reperit filiam regis, quae iuvenem abdidit, donec diabolus somnum cepisset. Tum dormienti tres evellit iuvenis aureos pilos itaque illum coëgit, ut sibi aperiret caussas malorum illorum et regiam virginem demitteret. Quis hic non memor est, nescio quo pacto, Nisi illius in Graecorum fabula propositi? Eodem modo certissima habemus vestigia huius superstitionis de unguium et capillorum recisorum vi in poëmate illo de Wolfdietricho composito (Simrock klein. Heldenbuch p. 581.) ubi Els dura, posthac quae Siegminn vocatur, Wolfdietrichum, quia ipsam amare recusat, ita incantasse dicitur

Vor Zorn nahm sie Zauber und warf ihn auf den Mann,
Es behing ihn an dem Herzen; Schlaf fiel ihn an,
Dass er niedersinken musste auf den grünen Plan,
Da verschnitt sie die Nägel dem tugendreichen Mann,
Sie nahm ihm von der Schläfe der Locken zwo hindann,
Zu einem Thoren machte sie den tugendreichen Mann,

---

narrant Bohemi (cf. Böhm. Mährchenbuch deutsch v. A. Waldau p. 587.)

Dass er im Walde besinnungslos umlief ein halbes Jahr,
Von der Erde nahm er Speise, das sag ich euch fürwahr.

Ut Simson ille in libris sacris descriptus, ita Wolfdietrich quoque pristinas amittit corporis vires, cirris suis a muliere recisis, sed accedit huc in Germanico illo poëmate gravissimum illud additamentum, quod dura ista Els non solum crines sed ungues etiam eripit. Itaque Har in Gylfaginn. Daemis. 51 (Simr. Ed. p. 421.) de die, qui dabit olim exitio terras, dicit: „Da wird auch Naglfar flott, das Schiff, das so heisst und aus den Nägeln der Todten gemacht ist, wesshalb wohl die Warnung am Ort ist, dass, wenn ein Mensch stirbt, ihm die Nägel nicht unbeschnitten bleiben, womit der Bau des Schiffes Naglfar beschleunigt würde, den doch Götter und Menschen verspätet wünschen."

XLIV. Quam longe haec opinio de singulari illa vi crinium et unguium resectorum evagata sit, ex diversis videmus superstitionibus, hac de re quae sunt per omnes fere Germaniae partes propagatae. Cuius superstitionis gravissima exempla, qualia inveni apud complures auctores, qui de rebus Germanicis scripserunt, ad verbum hic afferenda esse puto. Dicit igitur J. Grimm (Deutsche Mythologie Anh. p. LXVIII, 23.): Die Nägel an der kleinen Kinder Händen soll das erste Mal die Mutter abbeissen, sonst lernen sie stehlen. *) (ibid. p. LXXVII. 249.) Wer Freitag die Nägel abschneidet, hat Glück. — (ibid. p. LXXIX. 319.) Wer über abgeschnittene Nägel geht, wird dem gram, dessen sie gewesen sind. — Quae omnia exempla

*) cf. F. Panzer, Bayerische Sagen u. Bräuche, Bd. I. p. 258. Wenn einem kleinen Kinde frühzeitig die Nägel abgebissen werden, stiehlt es nicht.

ex libro illo, Chemnitzer Rockenphilosophie qui inscriptus est, auctor ille excerpsit. Enarrat porro (ibid. p. LXXXIX. 557.) Vormatiensium superstitionem: Kein ausgekämmtes Haar werfe man auf die Strasse, weil man sonst vor Zauber nicht sicher ist. — (ibid. p. XCIV. 676. Abergl. in Schwaben) Abgeschnittene Haare sind zu verbrennen oder in laufend Wasser zu werfen; trägt sie ein Vogel weg, so fallen dem Menschen die Haare aus. *) (ibid. p. XLVI. 1059. aus der Bunzlauer Monatsschrift Jahrg. 1791—92.) Eines Mädchens Liebe zu erlangen, suche man unvermerkt eine Stecknadel und ein Haar von ihm zu erlangen; wickele das Haar um die Nadel und werfe sie rückwärts in einen Fluss. — A. Kuhn (Norddeutsche Sag. Mährch. u. Gebräuche p. 447.) refert: Wollen unbändige Thiere sich nicht führen, namentlich nicht zu Markte bringen lassen, so zupft man ihnen zu dreien Malen einige Haare aus den Augenwimpern und steckt sie zu sich; dann folgen sie geduldig. — (Id. Märk. Sagen. p. 386. 92.) Haare und Nägel muss man an zunehmendem Monde abschneiden. — (Id. Gebräuche u. Mährch. aus Westfalen Bd, II. p. 189.) Ehedem soll es Menschen gegeben haben, welche ganz absonderliche Zaubermittel verstanden. Fand z. B. ein solcher Zauberer die Scheere, mit der sich kurz vorher Jemand die Nägel abgeschnitten hatte, so brauchte er das Werkzeug nur in den Mund zu nehmen und daran zu saugen, so sog er dem vorigen Besitzer das Blut unter den

---

*) superstitio illa de capillis resectis apud Germanos in contrarium se vertit atque apud Persas, qui, ut iam supra commemoravimus (vid. p. 64.) arbitrabantur, illa crinium unguiumve resegmina avi Ashô-Zusta esse consecranda, ut ea auferat.

Nägeln hervor. — F. Panzer, (Bayerische Sagen und Bräuche Bd. 1 p. 227. 4.) narrat; Wer am Freitag seine Nägel abschneidet, hat Geld. — (ibid. p. 270.) In höchster Noth sich unsichtbar zu machen. Wann du in höchster Leibs- und Lebensgefahr bist und deinen Verfolgern nicht entrinnen kannst, so setze die Nebelkappe rücklings auf. Die wird gemacht von den Haaren eines an den lichten Galgen gehenkten Menschen und in Widehopfen Blut getunket. — H. Schreiber (Taschenbuch für Gesch. u. Alterthum in Süddeutschland. 2. Jahrgang p. 274.) de arte quadam magica, „verbohren“ quae vocatur, Dazu, inquit, ist nöthig, 1) ein Haar von dem Kopfe desjenigen, der verbohrt werden soll; 2) ein Stückchen Käse; 3) ein neuer noch nie gebrauchter Bohrer; 4) ein Zapfen von einer Haselgerte. Nebst dem muss der Bohrende den Vor- und Zunamen seines Feindes genau wissen. Ist alles in Ordnung, so geht er vor Sonnenaufgang, ohne dass ihn Jemand beschreien kann, in den Wald; bohrt in den Ast eines Baumes bis auf das Mark, legt Haare und Käse hinein, und spricht, indem er den Zapfen in drei Streichen einschlägt: sequitur carmen. — (ibid. p. 277.) Am Lichtmess soll man mit einer geweihten Kerze jedem Hausgenossen das Haar etwas versengen. Derjenige, bei welchem es nicht Feuer fangen will, muss in demselben Jahre sterben. Wuttke (der deutsche Volksaberglaube der Gegenwart p. 104.) talia refert: Im gegenwärtigen Jahre (1860) noch hörte man sogar von einem Wunderdoctor in Franken, einem römisch-kathol. Pfarrer, der seine Kranken dadurch heilte, dass er Haare und Nägel derselben in die Erde vergräbt. — In der Charfreitag-Mitternacht (von Donnerstag zu Freitag) muss man sich die Haare kämmen, die dabei ausgefallenen Haare über Kohlen-

feuer verbrennen und den Rauch davon in den Mund ziehen, das heilt die Zahnschmerzen. (ibid. p. 156.) Die Krankheit, meist das Fieber, wird in die Erde gegraben und gebannt; indem man ein Büschel Haare und einige Nägel des Kranken in die Erde gräbt (Franken). — (ibid. p. 157.) Der Weichselzopf wird vertrieben, wenn der Kranke ein Büschel von seinen Haaren und ein Stück Geld in einen Topf in die Erde vergräbt (in Danzig). — Neque hic omittam fabulam quandam, quae ad unguium criniumque resectorum cultum spectat. Narrat enim J. W. Wolf (Hess. Sagen p. 99.) fuisse quondam mulierem, quae in mortui coniugis arca posuerit capillos sibi ab illo evulsos. Itaque factum esse, ut vir ille mortuus, capillis valde vexatus, inter lemures appareret. (cf. O. F. Karl, Danziger Sagen. Heft I. p. 36.) Hamburgi quoque vulgo putatur, qui die Veneris ungues resecet eosque chartae involutos sub stillicidio defodiat, nunquam eum dentibus laboraturum. *) Contra in terra Oldenburgensi praestantissimum remedium contra sterilitatem habetur e pedibus manibusque resectos ungues panno involutos triduo post interlunium in sambuci rimam abscondere tumque rimam ipsam cuneo obstruere (Mannhardt, Germ. Myth. p. 630. ubi complura eiusmodi exempla enarrantur). In Suevia ei, qui febri affectus est, ungues e pedibus et manibus deciduntur, qui laciniae inditi, vivi in cancri dorso illigantur, cancrum autem rursus in aqua ponunt itaque eum febrim deducere putant: quae superstitionis ratio plane similis est remedio illo ex Plinio, quod ante commemoravimus, ubi

*) Wuttke, der deutsche Volksaberglaube der Gegenwart. p. 11. am Freitag muss man sich die Nägel schneiden, so hat man Glück und bewahrt sich vor Zahnweh (allgem.), ebenso Haare, dann wachsen sie gut (Schlesien).

pro cancro formicae mentionem facit Plinius. Similiter ut apud Germanicas gentes et Scandinavos, *) in Slavis quoque summi sunt momenti magnamque habent vim ad superstitionem ungues et capilli depositi. Babae, deae, puerperas infantesque quae intuebatur, cuiusque simulacrum in Obo flumine positum et multis circumdatum erat instrumentis musicis, quibus interdum magnus strepitus fiebat, homo quisque, quicumque eam inviseret, aliquid consecrare debebat, quique tam inops erat, ut nihil haberet, quod praebere posset, pilos saltem nonnullos ex veste sua evulsos sacrificabat (vid. Hanusch slav. Myth. p. 339.). Porro narrant (Han. slav. Myth. p. 340.) eo die, quo Slavi pueris suis nomen ponerent, quod semper septimo aetatis anno sollemniter factum est, pueros diis esse consecratos eorumque capillos recisos tanquam sacrificium templis illatos esse. Neque minus superstitio de unguibus apud Slavos vigebat. Gisevius enim reperit in antiquo Borussico tumulo cingulum, quinque ulnas longum, cuius in unco brevis erat catena, ex quo dependebat capsa quadrata clavicula clausa. Quam quum aperuisset, ungues hominum videbat inditos (Gisev. Neue preuss. Provincialbl. VI. 1848. p. 334.), quae quidem capsa fuisse phylacterium videtur. Cassuborum, qui Ruzaviae habitant, quae ad Puziam sita est, anus nostris quoque temporibus murmurant, cavendum esse, ne ungues resecti abiiciantur sed panno inditi circa pectus portentur, quod nisi fiat, post mortem esse quaerendos (Mannh. Germ. Myth. p. 630.) ungues amissos. Nunc etiam Russis est mos, ut aegrotis ungues recidant e pedibus et digitis, qui in ovo perfosso

*) vid. Isländ. Sagen der Gegenwart von Dr. Konr. Maurer, p. 62.

reponantur. Tum ovi patefactio oblinitur, idque in silva collocatur, quod quae avis assumit, aegrum quoque a morbo liberat. (Ermann Archiv f. wissenschaftl. Kunde Russl. I. 1841. p. 627.) Mirus est, quod attinet ad hanc superstitionem, locus quidam in Aestiorum poëmate, Kalewipoeg quod est inscriptum, (Kalewipoeg verdeutscht v. C. Reinthal und Dr. Bertram. 1861. Gesang XI. 338.), qui de venefico, forti illi Kalewi filio somno capto gladium eripiente, talia refert:

So bestreute er das Schwert
Mit dem Laub der Eberesche,
Brachte etwas Thymian
Etwas Bärlapp dann herbei,
Mischte Einbeer noch darunter
Und ein wenig Farrenkraut,
Schüttelte dies Alles drüber
Und bestreute dann das Ganze
Noch zuletzt mit Baldrian
Und mit schwarzem Bovistaube.
Hierzu wurden sieben Formeln
Und noch fünf besondere fremde
Angewandt mit Murmelsprüchen,
Die er selbst im Hexenmonde
Und zur Lichtmess eingesammelt
Und im Todtenmond verzeichnet,
Kräuter der Johannisnacht,
Mit dem Hexenquirl gequästet
Und mit Bastardblut besprengt,
Wand er um den vierten Finger,
Den er etwas aufgeritzt
Und verbrannte, um zu räuchern,
Nägelschnitzel und ein Fädchen
Aus dem Hemde einer Jungfrau. —

Alio loco eiusdem poëmatis (Kalewip. Ges. XIII. 830.) traditur Kalewi filius quondam in diaboli antrum venisse, ubi petasum invenerit ex unguium resegminibus compositum, qui novem miracula efficere posset. De petaso vero narratur:

Nicht wie andere Sonnenhüte
War er aus gefilzter Wolle,
Oder anderem Haargewebe,
Sondern aus den kleinen Schnitzeln
Von beschnittenen Fingernägeln
Künstlich angefertigt worden.

Quem ad locum addit Kreuzthal interpres: „Küünelaatstust kübar, ein Hut aus Fingernägeln. Letztere soll der Teufel sammeln, sie in Filz verwandeln, um daraus den Wünschelhut zu formen. Manche abergläubische Esten suchen gegenwärtig noch ihre abgeschnittenen Nägel sorgfältig zu verbergen, damit der böse Feind sie nicht auffinde und zu seinen Zwecken verwende.“ —

XLV. Apud Americanos quoque opinio erat evagata de magica unguium capillorumve vi, nam magnam habet ad eorum cultum deorum vim haec superstitio. Itaque narrant (Müll. A. U. p. 389), Mexicanos nomen si imposuerint pueris suis, quod quidem fiebat duodecimo aetatis anno, sollenniter illis resecasse ungues capillosque, eosque aut reservasse aut Soli Manibusque sacrificasse. Apud Indianos Peruanicos nunc quoque mos esse traditur, ut pueris, nomina si ponant, cirrum decidant.

Ut autem ceterae fabulae, ita haec quoque superstitio apud Australios tam obscuram induit formam, ut coniectura magis quam certa inveniri possint vestigia mirae illius superstitionis in iis, quae nobis tradunt illorum hominum fabulae. Narrat igitur (Schirren, Wandersagen der Neuseeländer p. 29.)

Mauitiki a matre sua partu editum esse implicitum cirro itaque in mare proiectum. Sed alga receptum a pisce posthac esse devoratum. Quem quum undae alluissent ad litus, ubi et muscae et aves rostris tunderent et comederent piscem illum, Tama-nui-ki-te-Rangi eum ex piscis ventre exsecuit et secum portans tecto suspendit atque ignis ardore vivum revocavit in artus eius gelidos calorem. Itaque videmus Mauitiki matrem, filium quum exponeret, nulla alia re usam fuisse quam capillo, quamvis illi certo non deessent aliae quoque res, ut frondes, cannae aut pelles, ut his eum implicaret, quod nescio an propterea ita mater fecerit, quia, ut opinor, capillorum singularem illam et eximiam vim Australii etiam haud ignorarent, itaque mater filium sub hoc modo involucro et integumento tutum atque servatum esse putaret. In tertia fabula peregrinatoria (Schirren p. 22.) porro traditur, Manaia bellum intulisse pio illi Ngatoro, qui munita in arce sua, Motiti sita, habitabat, impetum vero, die iam vesperascente, in crastinum distulisse. Noctu autem Ngatorus una cum uxore deos imploravit atque tam multa incantavit carmina, ut paullo post magna oriretur procella, qua Manaia omnibus cum suis, ludis et cantibus qni erant fessi, periit. Sed Ngatorus tum quidem servatus prima luce ex arce sua prodiit litus visurus, ubi nihil aliud invenit, quam hostium suorum ossa atque ungues e pedibus et manibus reliquos; nam cetera pisces devoraverant. Qua in relatione mystica illa unguium vis significata nobis videtur, quia, hic si ea modo nominata essent, edi quae non possunt, corpori humano aliae quoque partes insunt, piscibus non aptae ad vescendum.

XLVI. Hominem vero, siquidem cum rebus sibi adversis conflixerit, non semper victorem discedere et

vincere potuisse, constat, id quod pluribus nos dicere nihil attinet; sed interdum sub eius potestatem redigebatur, contra quem dimicare conatus est. Humanum autem genus a malis quum victum se esse videret atque servitute oppressum, temporibus illis iniquis mox ei opinio aliqua de meliore quodam tempore futuro nasci debebat, spes quaedam a divina providentia homini tradita, quae certiorem eum fecit, ex stirpe sua quondam exoriturum servatorem atque liberatorem sive Messiam, indignitates contumeliasque, quas hominum genus pertulisset, ulturum. Clarissime hancce videmus opinionem declaratam in Vetere Testamento; hic enim, ubi iam primum hominum par prima in pugna contra malum suscepta, illi succubuisse audimus per vetitum nefas ruens, hic, ubi repetitum videmus hoc certamen neque felicius exactum caede illa fraterna Kaini, in humano genere, quod recenti memoria teneret clades illas animi, praeclaram intelligimus simul ortam esse opinionem atque spem melioris cuiusdam temporis, quae quidem opinio manifesto est expressa verbis illis, quibus Lamechus filio suo Noachi nomen imponit, quem solatium quondam malorum praebiturum sperat; nam (Genes. 5, 29.) *οὗτος*, ait, *διαναπαύσει ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἔργων ἡμῶν καὶ ἀπὸ τῶν λυπῶν τῶν χειρῶν ἡμῶν καὶ ἀπὸ τῆς γῆς ἧς κατηράσατο κύριος ὁ Θεός.* Atqui nondum advenerat tempus illud solatii plenum, magis magisque lapsum est humanum genus, ut denique hoc ex orbe terrarum depelli opus esset. Noachus tantum omnibus cum suis ex tanta hominum vi ex communi illo exitio servatus, antiqui mundi reliquias quasdam in novam orbis terrarum formam transtulit, atque inter reliquias illas opinionem quoque et spem egregiam melioris cuiusdam humani generis conditionis atque animi liberationis. Per tres

Noachi filios terrarum orbis incolis frequentabatur, ex his diversi orti sunt populi gentesque, qui omnes patriam opinionem de liberatione illa futura, vel ut ita dicam, spem illam egregiam, Messiam quondam venturum, in terras transportaverunt, quas sedes sibi elegerant. Quae de Messia olim venturo opinio ac spes perspicue est expressa apud Iudaeos, quia id, quod antea modo spes esse videbatur divinis promissis certiorem duxit formam atque speciem. Tempus vero illud Messianum Iudaeis per prophetas a Deo promissum et praedictum certis quibusdam signis certisque coloribus est significatum, quibus ex signis posthac vulgi opinio certas sibi fingebat formas atque imagines, quarum nos maximam rationem habere debemus, quia omnis earum natura certissima antiquioris aetatis habet signa, ex quibus cognatio cum aliorum populorum hac de re fabulis elucet.

XLVII. Praeter ceteras similitudines omnium populorum fabulis de Messia quondam venturo compositis duae praecipuae sunt res communes, quod cunctae illae fabulae narrant, priusquam servator veniat, mundum universum delapsurum, tum vero certamen oriturum inter bonum atque malum, qua ex dimicatione, longo tempore interiecto, bonum Messia duce prodituruin vincens; quae quidem pugna summum quasi decus et ornamentum totius est universi, quum hac pugna genus humanum id modo assequatur, quod iam initio rerum propositum est, malum devincere idque in bonum commutare. —

Videamus igitur, ne dicamus de promissis a Deo per prophetas datis, quomodo fabula de Messia quondam venturo ex opinione populi Iudaici se formaverit. Explicationis autem nostrae fundamentum posuimus ea, quae hac de re opusculum illud rarum Abquat-

Rochel (ed. Amstel. 1716. p. 3—5.) tradidit, quodque singula quaeque huius opinionis per Iudaeorum gentem dispersa in unum quasi corpus atque imaginem redegit. Pergraves, ibidem narratur, calamitates Messiae tempus antecedent. Reges veram religionem non profitentes regnabunt et permulti Iudai deficient, de liberatione desperantes, duris malis bonos opprimentibus: saevis ardoribus torrebit sol orbem terrarum, tantaque febrium cohors hominibus incumbet, ut suum quisque sepulcrum fodituras sit. Tum vero Deus rorem ex coelo sanguineum demittit, quem potantes mali moriuntur, bonis vero non nocebit. Quibus factis sol obscuratur et tenebris conditur per triginta dies; gentes praevalentes imperabunt atque oppriment Iudaeos. Posthac Ben-Josephus Messias oritur, quocum liberatore cuncta Iudaeorum gens se coniungit. Ille autem, gentium rege devicto, sacra vasa Hierosolyma reducens, cum Armillo, hoste suo mirifice nato, quique duodecim ulnas altus et duodecim est latus, confligit. Qui Armillus primo quidem a gentibus Messias habitus, a Iudaeis quoque petit, ut se agnoscant servatorem et deum, contra vero ei praelegit Ben-Josephus praeceptum illud divinum: *Ἐγώ ειμι κύριος ὁ Θεός σου ὅστις ἐξήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ἐξ οἴκου δουλείας. Οὐκ ἔσονταί σοι Θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ* (Exod. 20. 23.). Inter utrumque pugna oritur, qua succumbit Ben-Josephus Messias, cuius animum angeli coelestes ad coelum asportant. Haud multo post iniqua tempora Iudaeos opprimunt, atque Michael buccinam inflat sonacem et Elias una cum Ben-David Messia advenit, quo duce Iudaei contra Armillum iterum contendunt, qui ab Elia occiditur. Iterum buccinat Michael, quo sonitu exaudito, mortui hunc in modum ab inferis redibunt. Mille annis post, altera sequitur resurrectio

atque summum quod Deus hac in terra exercebit iudicium. Cui descriptioni adiungamus quoque signa quaedam huiusce temporis a Talmude relata (Sanhedr. fol. 97—98 b.). Illa enim aetate, qua Messias ad mundum liberandum veniet, iuris sacri periti deerunt, in tribunali atque pro subselliis iustitia exstinguetur atque facinora mala vigebunt, pueri inverecundi et impudici senes, summo honore dignos, pudore et rubore afficient, homines peritissimi infantibus ignaris assurgent, filia in matrem intendet aeque ac filius vim iniiciet et manus patri, talemque ad inopiam redigentur terrae, ut ne piscem quidem habeant, quem aegroto praebeant.

XLVIII. Clare et perspicue apud Indos quoque de Messia et servatore, mundum quondam a malis liberaturo, opinio et spes est asservata. Quam opinionem in Buddhae doctrina reperimus, qui et Sakya-muni et Gautama vocatur. Eius doctrina divulgata octagesimo aetatis anno, quinque suis discipulis praenuntiasse dicitur, doctrinam suam per quinque milia annorum in orbe terrarum perduraturam, tum vero alterum venturum Buddham, sibi ipsi pietate et clementia parem, mundum qui recturus sit; eodem modo quatuor et sexaginta etiam Buddhas, totidem mundi aetatibus peractis, regnaturos, universumque tum orbem terrarum periturum; quibus factis novum rerum ordinem exoriturum (Noack Mythol. u. Offenb. I. 227). Mentionem etiam hic facere nobis liceat opinionis illius Indorum de ultimo in terras Wischnu dei reditu. Quem putant olim reversurum, coeli nubibus obtectum, ad mundum castigandum et restituendum, in albo illo equo, Calenci cuius est nomen, albisque alis praedito vectum, gladium manu tenentem igneum. Simulatque equi ungulae orbem terrarum quassaverint, mundus evertitur

atque perit universo cum humano genere tum perditissimo-corruptoque. Quanta vero futura sit ista tempestate hominum malitia atque impietas, libellus notissimus Krijâjogasâras (c. 25.) indicat, qui Brâhmanorum tractat doctrinam de ultima mundi aetate. Brâhmani enim Cali-aetate Vedas negligent, dona atque divitias expetentes, crudelissimique animi erunt. Ceteri autem homines sacras literas contemnentes, ludis ac fraudibus indulgent sacerdotesque, ut victum sibi parent, valde fraudabunt, induentes se vestibus rubris et barbas et capillos promittentes. Illa temporum iniquitate nobilissimi homines ad inopiam redigentur et ignominiam, deterrimi vero divitiis et honoribus haud carebunt, falsa tum testimonia dicent et mulierum pudicitiae vim atque vitium offerent. Paucos modo fructus proferet terra, dumque nubes aqua carent, intempestive pluit. Vaccae nihil nisi coeno et limo pascentur neque lac praebebunt, homines se ipsi laudabunt, alios vituperabunt, infantesque claudi ac debiles fient propter profundam et intempestivam gulam.—

XLIX. Pari modo apud Seres invenimus doctrinam illam de meliore quodam tempore atque servatore quondam venturo, quamquam non tam claram et perspicuam ut apud Indos, singulari tamen quadam forma traditam. Illi quoque exspectant exoptatissimum illum liberatorem et vindicem, qui felicem reddat mundum et a malis liberet humanum genus. Illi quoque, male contenti praesentibus, non satiati memoria praeteritorum temporum, fore ut ex occidente veniat mundi ille redemptor sanctissimus, sperant, qui restituat virtutem atque aeternam afferat pacem. Ut plantae, solis ardore exsiccatae, imbrem exoptant recreantem, ita Seres quoque sanctissimum liberatorem, ex occidente quem credunt venturum, exspectant. De quo redemptore

Serum sacer codex, Tschóung-yoûng qui inscriptus est, (vid. Scholl, die Messias-Sagen des Morgenlandes p. 13.), talia nobis refert: „O, wie erhaben sind die Wege des Heiligen! Seine Tugend wird die ganze Welt umfassen, er wird Allen ein neues Leben und eine neue Kraft mittheilen, und wird sich bis zum Tian (coelum) erheben! Welch' weite Laufbahn wird sich uns eröffnen, welch neue Pflichten und Gesetze! Welch herrliche Gebräuche und Feierlichkeiten! Aber wie wird man sie beobachten, wenn er nicht zuvor das Beispiel geben würde? Seine Ankunft allein kann die Erfüllung vorbereiten und erleichtern. Daher kommt jener Ausspruch aller Jahrhunderte: Die Wege der Vollkommenheit werden erst dann häufiger betreten werden, wann der Heilige sie durch seine Fusstapfen wird eingeweiht haben. Ein aufrichtiges Herz, das, entzückt von den Reizen der Tugend, in sich selbst die Gaben des Himmels und die Würde seiner Natur achtet, stehet nicht an, in die Laufbahn einzutreten, und dem sie umgebenden Lichte zu folgen. — Dem grossen Heiligen, dem Heiligen aller Jahrhunderte und aller Völker ist es vorbehalten, alle Strahlen der Weisheit zu vereinigen und die Vollkommenheit aller Tugenden zu erreichen. Sein durchdringender Geist, seine Einsicht, seine Absichten und Rathschläge werden ohne Kraftaufwand die Regierung der Welt umfassen und ihrer Thätigkeit die rechte Richtung geben; der Adel seiner Seele, seine Grossmuth, sein gefälliges und herablassendes Wesen werden alle Interessen vereinigen und alle Herzen gewinnen, seine Thätigkeit, seine Stärke, sein Muth, seine Unerschrockenheit werden die Hindernisse in Hilfsmittel verwandeln und den Lauf der Begebenheiten nach seinem Willen lenken; sein einfaches, heiteres Wesen

seine Rechtschaffenheit und Rechtlichkeit werden zugleich Vertrauen und Ehrfurcht einflössen; seine Majestät, seine Beredsamkeit, sein Scharfsinn und durchdringender Geist werden alle Wolken verscheuchen und Liebe für Unschuld und gute Ordnung erregen, deren Schönheit sie zeigen werden. Nach den Forderungen der Zeit und der Verhältnisse wird er alle Zweige unserer verschiedenen Pflichten einzeln durchgehen, oder sie auf ihre erste Quelle zurückführen und ihre Tiefe untersuchen. Die Völker werden sich vor ihm niederwerfen, sobald sie ihn nur sehen; sobald sie ihn nur hören, werden sie überzeugt sein, und alle insgesammt werden nur eine Stimme haben, um seine Thaten zu loben. Die ganze Welt wird vom Schalle seines Namens ertönen und mit seiner Herrlichkeit erfüllt werden. China wird die Strahlen seiner Herrlichkeit bis zu sich kommen sehen, sie werden bis zu den wilden Nationen durchdringen und bis zu den unzugänglichen Wüsteneien, oder dahin, wohin kein Schiff gelangen kann. — Er beginnt damit, dass er die schädlichen Kräuter ausrottet, die heilsamen mit Sorgfalt pflegt, der Bäume Ueberflüssiges beschneidet, und sie in schöne Ordnung setzt; das Schilfrohr entreisst er dem Boden und die Maulbeerbäume zieht er hervor. Der Himmel will den Menschen ihre erste Tugend wiedergeben, alle ihre Feinde werden vor ihnen fliehen; der Himmel will sich einen Gleichen geben. — Mit Purpur bekleidet sein und ihn unter gemeinem Kleide verbergen, das heisst seinen Glanz verschmähen. So macht's der Heilige. Seine erhabene Bescheidenheit überstrahlt alle seine Tugenden. Aber ein Tag verkündigt sie dem andern und ein Jahr zeigt sie dem andern, und sein Ruhm wird mit ihnen wachsen. Der Heuchler dagegen

schmückt sich umsonst mit einer noch so schimmernden Aussenseite.“ —

Nomen eius est Veng-Vang, pacis princeps, at Deus locutus est ad eum: „Du kennst deinen Feind, vereinige gegen ihn alle deine Kraft, bereite deine Kriegswerkzeuge, bespanne deine Wagen, zernichte den Tyrannen, stürze ihn vom Throne, dessen er sich bemächtigte, bewaffne die Wagen, eile nicht, errichte Mauern, fürchte nichts; Veng-Vang ist nicht übereilt in seinem Gange, sein Zorn athmet nur Friede; er ruft den Himmel an als Zeugen von der Güte seines Herzens; er wünscht, dass man sich ohne Kampf ergebe, und ist bereit, den Schuldigsten zu vergeben. Statt dass eine solche Sanftmuth ihm Verachtung zuzöge, erscheint er vielmehr weit würdiger, geliebt zu werden. Wenn man aber solchen Reizen sich nicht unterwirft, so kommen seine Wagen mit grossem Getöse; der Tyrann vertraut umsonst auf die Höhe und Stärke seiner Mauern; Veng-Vang greift ihn an, er schlägt ihn, er triumphirt über ihn, er zerstört sein grausam Reich, und anstatt dass eine solche Gerechtigkeit ihn verhasst macht, ist die ganze Welt niemals geneigter, sich seinen Gesetzen zu unterwerfen.“

L. Persae posteriorem exspectant prophetam, Çaoshyânc cuius est nomen, quem duos quoque secuturos esse, Oschêdar-bâmi et Oschêdar-mâh. Uterque per mille annos, id est unam Hazaram, regnabit. Ex opusculi illius Jâmâcp-nâme sententia, haec sunt signa extremi terrarum temporis. Graves morbi et bella saevissima oppriment homines, Arabum, Graecorum, Romanorum denique exercitus conveniunt ad Euphratis ripas ibique pugnabunt; tot vero obeunt homines, ut eorum cruor profusus molarum rotas agat. Tum vero Bahrâm Hamâvand rex advenit, qui clementer regnans

hominibus salutem affert. Attamen inopia valebit, malique, bonos superantes, eos illudent. Lupi ceteraeque bestiae ferae nocebunt hominibus, atque ros sanguineus teget agros. Iuvenes morientur, morbi atque pestes, omnia, quae vigent in terris, vexabunt; quaeque profert terra, limo erunt tecta et inquinata. Quibus factis Paschutan, ab Ahura-Mazda iussus, e Kankdiz advenit, cui paulo post succedit Oschêdarbâmi. Ex quo quum miraculum postulent, solem per decem dies medio in coelo consistere iubet. Postquam centum et quinquaginta annos regnavit, hiems, Malkosch quae vocatur, in terras irrumpet easque per triennium occupabit. Quo tempore omnia animalia occidunt; tum portae Vari Jemschidi patefiunt et incolae huius loci, egressi frequentabunt orbem terrarum. Tum vero Hazara Oschêdar-mah oritur omnesque daemones abeunt. Sed nondum mali tempus exactum est; nam prava impietas et sensus a religione alienus homines invadit, tum Sosiosch venit, cuius aetate pestifer ille anguis, Dâhac qui vocatur, vinculis suis in Demâvand monte liberatus, mundum pervastat, donec Sâm-Kereçâç eum devincat. Tum denique homines a pessimo quoque liberati ac servati, nihil nisi coelesti vescuntur alimento, alteraque resurrectione facta, quasi clarum speculum cunctum erit humanum genus. —

LI. Sed multo difficilius est apud Aegyptios invenire opinionem illam de mundi exitio, quocum est coniuncta spes suavissima de Messia olim venturo. Quam opinionem igitur reperire si velimus, respicere debemus fabularum illam seriem de Iside et Osiride ab Aegyptiis compositarum, quamquam hic ex egentissimo fonte haurire possumus, quum perpauca modo hac de re tradiderint Graecorum auctores, et Aegyp-

tiorum ipsorum monumenta, etsi ante oculos nostros posita, tamen ingenio et menti sint obscura ad intelligendum. Sed fundamentum quaestionis propositae ponamus ea, quae de numinibus illis nobis tradidit Plutarchus, quia haec quidem relatio est copiosissima et fertilissima omnium, quam habemus. Osiris, narratur a Plutarcho (De Is. et Os. c. 13—19.), Aegyptios, rerum quum potitus esset, a rudi et inculta liberavit vivendi ratione, docens eos agriculturam et deorum cultum. Itaque et Aegypto felice reddita, per totum terrarum orbem Osiris migravit et quocunque pervenit, homines mansuetos reddidit, non armorum vi sed docendo, adhibitis carminibus et musica arte. Quibus factis Osiris, quum redux esset ex itinere suo, a Typhone invitatus est ad convivium, quam in coenam Typhon, postquam se coniuravit contra Osirim una cum septuaginta viris, arcam inferri iussit, ad Osiridis magnitudinem apparatam praeclareque ornatam. Quam quum convivae admirarentur, Typhon arcam se daturum ei promisit, qui in illam se includeret. Omnium qui aderant in convivio nullus ad arcam apte convenit. Tum vero Osiris, insidias sibi structas haud suspicans, in eam ingressus decubuit. Tum autem Typhon operculum iniecit arcae et liquido plumbo eam obfirmatam in Nilum proiecit, unde in mare delata est. Summus occupavit Isin moeror, de Typhonis facinore certior quum facta esset, celeriterque ad arcam quaerendam profecta est. Pueri ludentes quaerenti coniugi ostium indicarunt, per quod arca in mare demissa esset. Quo cognito, eius vestigia porro est persecuta, donec audiret, arcam apud Byblum ab undis eiectam ibidem esse receptam a Tamarice itaque occultam: regem vero eam Tamaricis partem decidisse, in qua inclusa fuerit arca, atque ex arbore columnam fecisse. Quem regem

Isis, ut columnam illam gravissimam adipisceretur, aggressa est, et, benigne ab eo recepta, ad nutriendum illius puerulum est accita.

LII. Itaque regis infantem Isis educavit atque columnam illam, negotii sui praemium impetravit, quod postularat. Quam quum nacta esset, eam patefecit et exemit ex illa arcam, cuius operculum extulit et multis mortui coniugis ora lacrymis perfudit eumque osculata est. Quum autem postea dea ad Horum filium, Buti qui educabatur, proficisceretur atque arcam deposuisset, Typhon, noctu qui venaretur luna imminente, incedit in arcam et cadaver in eam inclusum quatuordecim in partes desecuit, quas in omnes mundi regiones dispersit. Quod quum Isis audivisset, papyreo lembo navigans, profecta est ad disiecta Osiridis membra quaerenda, quae omnia fere reperit praeter penem, quem phagrus et oxyrynchus pisces devoraverant, quamobrem hos pisces Aegyptii prae aliis animalibus exsecrantur. Sed in amissi illius membri loco Isis phallum formavit, quo posthac Aegyptii semper usi sunt in festis diebus celebrandis. Tum dicitur Osiris Horo filio ex inferis exortus et visus esse illumque rogasse, quidnam pulcherrimum putaret, filius autem respondisse fertur: „Patrem et matrem iniuria laesos ulcisci.“ Quibus dictis valde gavisus est Osiris; Horus vero mox pugnam illam notissimam et dimicationen est ingressus in Thyphonem, quem superavit et plane devicit, et vinctum tradidit eum Isidi matri. Quem quum illa ex vinculis dimitteret, ita Horus iratus fuisse dicitur, ut ipse matri manus iniiceret et coronam ex capite eius eriperet. Qua re confecta, Typhonem narrat Plutarchus Horum accusavisse, quasi puer esset adulterino sanguine natus. Quum autem Horum

huius criminis dii absolverent, ille Typhonem duabus pugnis iterum invasit et prorsus devicit.

Osirim igitur, quem supra bona quaeque per orbem terrarum propagasse audivimus, alias eius facultates observare si non velimus, ut gignendi facultatem ei adscriptam, bonum significare putamus, quod quidem bonum a malo, id est a Typhone, opprimitur et superatur. Quae res mundi exitium indicare nobis videtur. Quum vero caesi Osiridis umbrae filio essent visae eumque rogassent, ut ulcisceretur patrem interfectum, idque Horus perfecisset, hunc Aegyptiorum Messiam et liberatorem significare opinor. Cuius prima victoria, ex adversario suo reportata, quum matris stultitia ad irritum redacta esset, Typhone vinculis liberato, itaque malum iterum regnaret, praecipuum illud momentum, bonum primò quidem a malo victum iri, redditum videmus in fabulis Messianis, ut apud Judaeos Ben-Josepsum Messiam ab Armillo victum esse et pari modo apud Persas Bahrâm Hamâvand regem parum auxilii allaturum supra commemoravimus. Tum vero constat, bonum tandem superaturum malum, quod, ni fallor, Hori duabus illis pugnis, quibus plane vincitur Typhon, luce clarius significatum est.

LIII. Itaque Aegyptiorum illa fabula simul nobis vestigia ostendit opinionis de mundi exitio et Messia quondam a malis mundum liberaturo Graecorum quoque propriae et Romanorum. Satis autem superque notum est, fuisse iam Stoicos, qui putarent mundum universum igne quondam corruptum et posthac denuo conditum iri, quod quidem *κόσμου ἐκπύρωσιν* vocabant. Hanc Stoicorum scimus opinionem, quam et Heraclitus *ὁ σκοτεινός* noverat (vid. Diog. Laert. ed. Cobet IX. 1, 6. *γεννᾶσθαί τ' αὐτὸν (κόσμον) ἐκ πυρὸς καὶ πάλιν ἐκπυροῦσθαι κατά τινας περιόδους ἐναλλὰξ τὸν σύμπαντα*

αἰῶνα τοῦτο δὲ γίνεσθαι καθ' εἱμαρμένην) quamque ex Aegyptiis ortam esse putat Celsus (Orig. contr. Celsum I, 20.), tam late manasse, ut Romanorum aeque ac Graecorum philosophis communem fuisse videamus. Itaque Cicero (Acad. 2, 37), „fore tamen, ait, aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret“ atque alio loco (De Nat. Deor. II. 46.) „ita relinqui nihil praeter ignem, a quo rursum animante, ac deo renovatio mundi fieret atque idem ornatus oriretur.“ Pari modo L. A. Seneca (Nat. quaest. III., 28.) dixit: „Qua ratione inquis? Eodem qua conflagratio futura est. Utrumque fit cum Deo visum ordiri meliora, vetera finiri. Aqua et ignis terrenis dominantur. Ex his ortus est et ex his interitus est. Ergo quandoque placuere res novae mundo, sic in nos mare emittitur desuper, ut fervor ignis cum aliud genus exitii placuit“, quamquam hic autor ille non tam de mundi exitio igni perfecto quam potius aqua, verba fecit. Et Ovidius etiam (Ovid. Met. I, 256.) narrat, idcirco Jovem, quum Lycaonis ceterorumque hominum improbitate esset iratus, diluvium neque ignes terris immisisse, quia

Esse quoque in fatis reminiscitur, affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaque regia coeli
Ardeat: et mundi moles operosa laboret.

Temporis illius mundo quondam futuri, gravissimis mentionem fecit verbis Lucretius (De Rer. Nat. V, 96:)

Una dies dabit exitio; multosque per annos
Sustentata ruet moles et machina mundi.
Nec me animi fallit, quam res nova, miraque menti
Accidat, exitium coeli terraeque futurum.

et ipse Propertius, hilarissimus et laetissimus poëta, exitiosum illum et fatalem diem hoc commemorat versu (III, 5, 31.)

„Sit ventura dies, mundi quae subruat arces.

Quanta vero futura sit exitioso illo mundi tempore hominum impietas, praeclaris aptisque cecinit Hesiodus (op. et dies, 180 seqq.) verbis:

Ζεὺς δ' ὀλέσει καὶ τοῦτο γένος μερόπων ἀνθρώπων
εὖτ' ἂν γεινόμενοι πολιοκρόταφοι τελέθωσιν.
οὐδὲ πατὴρ παίδεσσιν ὁμοίιος οὐδέ τι παῖδες
οὐδὲ ξεῖνος ξεινοδόκῳ καὶ ἑταῖρος ἑταίρῳ,
οὐδὲ κασίγνητος φίλος ἔσσεται, ὡς τὸ πάρος περ.
αἶψα δὲ γηράσκοντας ἀτιμήσουσι τοκῆας.
μέμψονται δ' ἄρα τοὺς χαλεποῖς βάζοντες ἔπεσσι,
σχέτλιοι, οὐδὲ θεῶν ὄπιν εἰδότες. οὐδέ κεν οἵγε
γηράντεσσι τοκεῦσιν ἀπὸ θρεπτήρια δοῖεν,
χειροδίκαι. ἕτερος δ' ἑτέρου πόλιν ἐξαλαπάξει.
οὐδέ τις εὐόρκου χάρις ἔσσεται οὔτε δικαίου,
οὔτ' ἀγαθοῦ, μᾶλλον δὲ κακῶν ῥεκτῆρα καὶ ὕβριν
ἀνέρα τιμήσουσι. δίκη δ' ἐν χερσὶ καὶ αἰδὼς
οὐκ ἔσται. βλάψει δ' ὁ κακὸς τὸν ἀρείονα φῶτα
μύθοισι σκολιοῖς ἐνέπων, ἐπὶ δ' ὅρκον ὀμεῖται.
ζῆλος δ' ἀνθρώποισι ὀϊζυροῖσιν ἅπασιν
δυσκέλαδος, κακόχαρτος ὁμαρτήσει στυγερώπης.
καὶ τότε δὴ πρὸς Ὄλυμπον ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης
λευκοῖσιν φαρέεσσι καλυψαμένῳ χρόα καλὸν,
ἀθανάτων μετὰ φῦλον ἴτον προλιπόντ' ἀνθρώπους
Αἰδὼς καὶ Νέμεσις. τὰ δὲ λείψεται ἄλγεα λυγρὰ
θνητοῖς ἀνθρώποισιν· κακοῦ δ' οὐκ ἔσσεται ἀλκή. —

LIV. Atqui omittamus hanc Stoicorum opinionem, et potius ex fabula ipsa illam sententiam, tanquam quondam mundus pereat et servator aliquis eum denuo restituat felicemque reddat, reperire conemur. Ut iam ante commemoravimus, Aegyptiorum de mundi exitio eiusque restitutione fabula ad Graecorum hac de re opinionem nos producit. Haud enim ignoramus, Aegyptiorum Osirim eundem esse ac Graecorum Dionysum, utrumque unum numen, quamquam diversis

nominibus, significare, quod quoque Ausonius indicat (Epigr. 29.) hoc dicto:

Ogygia me Bacchum vocat,
Osirim Aegyptus putat.

Dionysus est, aeque atque Osiris, deus procreandi facultatem qui significat, mundum laetum et felicem reddens et longinquis suis itineribus per totum orbem terrarum homines vini munere donans. Summi autem momenti erat apud Graecos Dionysus, qualem Orphici fingebant. Qui quidem Dionysum-Zagreum, Jovis et Proserpinae filium fuisse narrant, a Jove qui futurus mundi rector fuerit constitutus. Quum ille quondam infans adhuc luderet, saevissimi Titanes eum aggressi, dilaceraverunt eiusque confecerunt membra. Ex dilacerato corpore unum vibrans cor reliquum erat, quod servans Minerva ad Jovem retulit, qui, filii cor devorans, denuo Dionysum partu edidit. Ipsi autem Titanes fulmine icti comburebantur, quorum ex cinere homines sunt exorti, qui igitur et Titanum aliquid in se habebant et Dionysi, quia illi hunc comederant. Dionyso autem iterum nato propositum est, ut in Jovis succedat regnum et auream mundo referat aetatem. Porro si cogitamus, Bacchicis sacris illum deum Dionysum-Zagreum maxime esse celebratum, quum eum quasi puerum repraesentarent ludentem et speculum inspicientem, pila se exercentem turbinemque agitantem, quum denique ostenderent Titanes innoxium infantem invadentes itaque cunctam eorum historiam proponerent in conspectu, quae deus toleraverit usque ad eius regenerationem (Clem. Protr. p. 15, 30.), animi humani immortalitatem hunc in modum et futuram resurrectionem significaturi, plane nobis perspicuum fit, Graecos hac de Dionyso-Zagreo fabula composita nihil aliud, quam doctrinam significasse de futuro

mundi exitio eiusque per servatorem restitutione confecta. Nam Dionysus bonus ille et felicitatem omnibus afferens deus interficitur, ut apud Aegyptios Osiris a Typhone, a crudelibus illis Titanibus, attamen a Jove denuo refectus, Titanes funditus devincit superatque et auream refert aetatem. Itaque manifesto nobis ostendit fabula illa, Graecos habuisse hanc de mundi exitio et Messia olim venturo opinionem. Quod quidem maxime elucet ex ultimo huiusce fabulae momento: auream enim aetatem Dionysum-Zagreum iterum refecturum audivimus, id est, mundum et humanum genus a deo illo ad pristinum felicitatis gradum, qualem initio rerum habuerint, redactum iri: et hoc quidem revera Messiae etiam est propositum, quem quondam nobis venturum Deus Opt. Max. per prophetas promisit.

Sed quanta et qualis, ex veterum opinione, felicitas illius temporis futura sit, haecce nos docent Vergilii verba:

Magnus ab integro saeclorum nascitur ordo,
Jam redit et Virgo, redeunt Saturnia regna:
Jam nova progenies coelo demittitur alto.
Tu modo nascenti puero quo ferrea primum
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,
Casta fave Lucina: tuus iam regnat Apollo.

— — — — — — — — — — — —

Te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetua solvent formidine terras.
Ille Deum vitam accipiet, Divisque videbit
Permixtos heroas, et ipse videbitur illis:
Pacatumque reget patriis virtutibus orbem.

— — — — — — — — — — — —

Ipsae lacte domum referent distenta capellae
Ubera: nec magnos metuent armenta leones.
Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores:

Occidet et serpens et fallax herba veneni
Occidet: Assyrium vulgo nascetur amomum.
— — — — — — — — — — — —
Molli paullatim flavescet campus arista,
Incultisque rubens pendebit sentibus uva,
Et durae quercus sudabunt roscida mella.
— — — — — — — — — — — —
Cedet et ipse mari vector, nec nautica pinus
Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
Non rastros patietur humus, non vinea falcem;
Robustus quoque iam tauris iuga solvet arator.
Nec varios discet mentiri lana colores:
Ipse sed in pratis aries iam suave rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto;
Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.
(Verg. Eclog. 4, 5—45.)

LV. Jam videamus, qualem apud Germanos haec de mundi exitio et resurrectione opinio duxerit formam. Hic quoque Edda de gravissima illa re clarissimam nobis exhibet relationem, quam silentio haud praetereundam putamus, omissis iis, quae non pertinent ad quaestionem propositam. (Edd. Simr. p. 320 seq.) Da sprach Gangleri: Was für Zeitungen sind zu sagen von der Götterdämmerung? Ich hörte dessen nie zuvor erwähnen. Har antwortete: Davon sind viele und wichtige Zeitungen zu sagen. Zum Ersten, dass ein Winter kommen wird, Fimbulwinter genannt. Da stöbert Schnee von allen Seiten, da ist der Frost gross und sind die Winde scharf, und die Sonne hat ihre Kraft verloren. Dieser Winter kommen dreie nach einander und kein Sommer dazwischen. Zuvor aber kommen drei andere Jahre, da die Welt mit schweren Kriegen erfüllt sein wird. Da werden sich Brüder aus Habgier ums Leben bringen und der Sohn

des Vaters, der Vater des Sohnes nicht schonen. So heisst es in der Wöluspa:

Brüder befehden sich,
Geschwister sieht man die Sippe brechen,
Unerhörtes ereignet sich, grosser Ehbruch,
Beilalter, Schwertalter, wo Schilde klaffen,
Windzeit, Wolfszeit, eh die Welt zerstürzt.
Der Eine achtet des Andern nicht mehr.

Da geschieht es, was die schrecklichste Zeitung dünken wird: dass der Wolf die Sonne verschlingt den Menschen zu grossem Unheil, der andere Wolf wird den Mond packen und so auch grossen Schaden thun und die Sterne werden vom Himmel fallen. Da wird sich auch ereignen, dass so die Erde bebt und alle Berge, dass die Bäume entwurzelt werden, die Berge zusammenstürzen und alle Ketten und Banden brechen und reissen. Da wird der Fenriswolf los und das Meer überfluthet das Land, weil die Midgardschlange wieder Jöthenmuth annimmt und das Land sucht. Da wird auch Naglfar flott, das Schiff, das so heisst und aus den Nägeln der Todten gemacht ist. . . . Hrymr heisst der Riese, der Naglfar steuert. Der Fenriswolf fährt mit klaffendem Rachen umher, dass sein Oberkiefer den Himmel, der Unterkiefer die Erde berührt, und wäre Raum dazu, er würde ihn noch weiter aufsperren. Feuer glüht ihm aus Augen und Nase. Die Midgardschlange speit Gift aus, dass Luft und Meer entzündet werden, entsetzlich ist ihr Anblick, indem sie dem Wolf zur Seite kämpft. Von diesem Lärmen birst der Himmel: da kommen Muspels Söhne hervorgeritten. Surtur fährt an ihrer Spitze, vor ihm und hinter ihm glühendes Feuer. Sein Schwert ist wunderscharf und glänzt heller als die Sonne. Indem sie über Bifröst reiten, zerbricht

sie, wie vorhin gesagt ward. Da ziehen Muspels Söhne nach der Ebene, die Wigrid heisst; dahin kommt auch der Fenriswolf und die Midgardschlange, und auch Loki wird dort sein und Hrymr und mit ihm alle Hrimthursen. Mit Loki ist Hels ganzes Gefolge, und Muspels Söhne haben ihre eigne glänzende Schlachtordnung. Die Ebene Wigrid ist hundert Rasten breit nach allen Seiten. Und wenn diese Dinge sich begeben, erhebt sich Heimdall und stösst aus aller Kraft in's Giallarhorn und weckt alle Götter, die dann Rath halten. Da reitet Odhin zu Mimirs Brunnen und holt Rath von Mimir für sich und sein Gefolge. Die Esche Yggdrasils bebt und Alles erschrickt im Himmel und auf Erden. Die Asen wappnen sich zum Kampfe und alle Einherier eilen zur Wahlstatt. Zuvorderst reitet Odhin mit dem Goldhelm, dem schönen Harnisch und dem Spiess, der Gungnir heisst. So eilt er dem Fenriswolf entgegen, und Thôrr schreitet an seiner Seite, mag ihm aber wenig helfen, denn er hat vollauf zu thun, mit der Midgardschlange zu kämpfen. Freyr streitet wider Surtur und kämpfen sie ein hartes Treffen, bis Freyr unterliegt, und wird das sein Tod, dass er sein gutes Schwert misst, das er dem Skirnir gab. Inzwischen ist auch Garm, der Hund, losgeworden, der vor der Gnipahöhle gefesselt lag: das giebt das grösste Unheil, da er mit Tyr kämpft und Einer den Andern zu Falle bringt. Dem Thôrr gelingt es, die Midgardschlange zu tödten; aber kaum ist er neun Schritte davongegangen, so fällt er todt zur Erde von dem Gift, das der Wurm auf ihn speit. Der Wolf verschlingt Odhin und wird das sein Tod. Alsbald kehrt sich Widar gegen den Wolf und setzt ihm den Fuss in den Unterkiefer. . . . . Mit der Hand greift Widar

dem Wolf nach dem Oberkiefer und reisst ihm den Rachen entzwei, und wird das des Wolfes Tod. Loki kämpft mit Heimdall und erschlägt Einer den Andern. Darauf schleudert Surtur Feuer über die Erde und verbrennt die ganze Welt...... Da sprach Gangleri: Leben dann noch die Götter und giebt es eine Erde oder einen Himmel? Har antwortete: Die Erde taucht aus der See auf, grün und schön, und Korn wächst darauf ungesät. Widar und Wali leben noch, weder die See noch Surturs Lohe hat ihnen geschadet. Sie wohnen auf dem Idafeld, wo zuvor Asgard war. Auch Thôrrs Söhne, Modi und Magni, stellen sich ein und bringen den Miölnir mit. Darauf kommen Baldur und Hödur aus dem Reiche Hels: da sitzen sie alle beisammen und besprechen sich und gedenken ihrer Heimlichkeiten und sprechen von Zeitungen, die vordem sich ereignet, von der Midgardschlange und dem Fenriswolf. Da finden sie im Grase die Goldtafeln, welche die Asen besessen haben...... An einem Orte, Hoddmimirs Holz genannt, verbargen sich während Surturs Lohe zwei Menschen, Lif und Lifthrasir genannt, und nährten sich von Morgenthau. Von diesen beiden stammt ein so grosses Geschlecht, dass es die ganze Welt bewohnen wird...... Und das wird dich wunderbar dünken, dass die Sonne eine Tochter geboren hat, nicht minder schön als sie selber. Die wird nun die Bahn der Mutter wandeln.

LVI. Eodem modo supersunt nobis Slavorum fabulae, quae plane explicari possunt ex Germanicis. Itaque Lithuani, ex quorum cogitandi et sentiendi ratione facile concludere licet in aliorum Slavorum perceptionem, solem quondam narrant splendido in curru evectum fuisse. Qui quidem currus a tribus equis vehebatur, quorum alter argenteus, alter aureus,

tertius denique adamanteus erat. Quum vero vespere sol in mari se lavisset et iam domum rediret, dracones et venefici malitiosi eum sunt ingressi, quo facto, ortae sunt, obscurato sole, tenebrae, ut ingens homines invaderet luctus. Sol vero feliciter subiit dimicationem; atqui pugna illa renovabitur et tum quidem superatur sol mundusque tenebris oppressus perit *). (Hanusch slav. Myth. p. 269.) Ergo sol, qui semper bona quaeque praebere significatur, a malo superatur, atque hunc in modum mundi exitium efficitur, similiter ut in Germanorum fabulis sol pristinus a lupo devoratur. Meliora autem posthac tempora futura et orbem terrarum iterum restitui, nobis declaratur (Hanusch p. 371.) hoc Lithuanorum carmine:

Der Morgenstern beging seine Hochzeit,
Doch Perkun drang vor's Thor
Und zerschmetterte die Eiche,
Blut drang aus der Eiche
Und mein Kleid blieb befleckt
Und mein Kranz verletzet. —
Es weinte die Tochter der Sonne
Und las durch drei Jahre die Blätter,
Die verwelkten Blätter zusammen.
„Wo soll ich, liebe Mutter,
Mein Röckchen reinigen,
Wo dies Blut abwaschen?"
„Geh, geliebte Tochter,
Gehe hin zum See,
Wo neun Flüsse münden."
„Wo werde ich, liebe Mutter,

*) Plane similem habent de solis interitu fabulam Hottentotti, vid. J. H. Schubert, Altes und Neues. Bd. 5. p. 24.

Mein nasses Kleidchen trocknen?
Wo es in der Luft auseinanderbreiten?"
„O Tochter, dort im Garten,
Wo neun der Rosen blühn."
„Wann werde ich, liebe Mutter,
Mein Kleidchen um mich nehmen
Und das weiss gereinigte Gewand tragen?"
„O Tochter, erst an dem Tage, wo neun der Sonnen leuchten."

Itaque hoc carmine dies praenuntiatur, quo quondam novem lustraturi sint soles; quae fabula fere congruit cum illa Germanorum fabula, ex qua post mundi exitium novus quoque exspectatur sol. Hac cum Lithuanorum fabula spes eorum coniuncta est, deum quendam adhuc ignotum summo in monte olim universum humanum genus ex sepulcris evocaturum esse. — His vero de mundi exitio et restitutione Slavorum fabulis adjungendas etiam Fennorum et Aestiorum hac de re relationes opinor. Nam Fennorum illud poema, Kalewala quod est inscriptum (Kalew. übers. v. A. Schiefner Run. 50. v. 490.) narrat, postquam Mariatta virgo puerulum partu edidit, et ille rex Carialae est creatus, pristinum principem Wæinæmoeinen, cuprinam navem ingressum, ad ultimum orbis terrarum terminum se contulisse, hoc modo canentem:

Lass die liebe Zeit nur hingehen,
Tage gehn und Tage kommen,
Man wird meiner schon bedürfen,
Nach mir schauen, nach mir blicken,
Dass ich neu den Sampo schaffe,
Dass ich neu das Spiel beginne,
Neu den Mond zum Himmel führe,
Frei die neue Sonne mache,

Da man ohne Mond und Sonne
Wohl sich nie der Welt erfreut.

Itaque Wæinæmoeinen quondam reversurum audimus, idque novo cum sole. Pari modo Aestii hanc tenent opinionem, quam nobis eorum poema Kalewipoeg (Gesang XX, 1047.) tradidit. Nam accepimus Kalewi filium mortuum, ab Ukko deo inferorum et diaboli custodem esse constitutum. Sed iam ad orci portas eius manus vinctae sunt, ne abeat, rupibus magnis: vincula quidem revellere conatur, ita ut oriantur terrae motus, attamen se liberare non potest. Denique vero ibidem dicitur:

Einmal wird die Zeit beginnen,
Wo die Spähne von zwei Seiten
In gewaltigen Flammen brennen,
Und die offnen Gluthen schmelzen
Dann die Hand auch von dem Felsen,
Dann kehrt Kalew auf die Erde,
Seinem Volke Glück zu bringen,
Eine neue Zeit der Esten.

LVIII. Ex Americanorum fabulis, quae pertinent ad eschatologiam, maxime rationem nos habere oportet Mexicanorum fabulae. Qui (Müller A. U. p. 519.) exspectabant quinti solis occasum; tum enim putabant, daemones, Tzitzimimes qui vocantur, homines esse ingressuros et solem quoque perdituros. Propterea, saeculo quoque peracto, celebrabant dies festos, quibus omnes summa pietate commoti, ad Hutzachtam montem sacrum se contulerunt. Hic usque ad mediam noctem manserunt, tum vero in pulcherrimi captivi pectore duobus lignis ignem fecerunt, cuius flamma in ara ponebatur. Quae postquam lignorum corripuit struem, adstantes summo gaudio exsultaverunt et prae laetitia clamorem sustulerunt,

nam flamma corusca signum iis erat, certum nondum mundi exitium venisse. Sed hac in spe equidem opinionem Mexicanorum de Messia quondam venturo mundumque malis quoque liberaturo video.

Apud Australios permultae illae fabulae de reditionibus ex inferis in hunc mundum, quibus in fabulis resurrectionis doctrina significatur, exempla nobis dant, opinionem illam de restitutione mundi et his populis communem fuisse: nam ut iam supra ostendimus, semper cum spe Messiae et mundi vindicis quondam venturi coniuncta est opinio resurrectionis mortuorum.

Ita pervenimus ad finem fabularum, quarum inter se consensu et caussis, quas supra commemoravimus, communem esse humani generis originem itaque unam illud habuisse patriam, demonstrare pro iuvenilium nostrarum virium modulo conati sumus, et quamvis haud ignoremus, hoc nostro conatu perdifficilem illam quaestionem de vera et simplici humani generis origine nondum esse solutam, tamen speramus, fore ut libellus noster aequis et peritis iudicibus non prorsus improbetur.

INDEX

cum rerum tum nominum, quae hoc in opusculo reperiuntur.



Corrigenda.

p. 3.	l. 4.	pro	indicabis	l.	iudicabis.
p. 18.	l. 32.	„	quidam	„	quidem.
p. 20.	l. 10.	„	iuncta	„	iuncti
p. 24.	l. 9.	„	beatam	„	beatam vitam.
p. 47.	l. 26.	„	Primordia	„	Primordio.
p. 49.	l. 23.	„	cessente	„	cessante.
p. 66.	l. 25.	„	victimarm	„	victimarum.

TYPIS EXCUDEBAT H. O. PERSIEHL.

